II
138081
…cunabel
E-S

G.W 2528

2. Practica ...
3. Scripta practica
4. Ista practica Arnoldi.
5. Scripta ... ab ...
6. [illegible] Anatomia ...
7. De morbis mulierum.

Arnaldus 36

# Practica medicine Arnaldi de Uilla noua.

BIBLIOTHEK DER K. K. UNIVERSITAET IN WIEN

2.

36 [illegible]

II
138081
Incunabel

Breuiariū practice excellentiſſimi Arnaldi de vil la noua medici quondam ſummi pontificis: a capite vſqꝫ ad plantam pedis: cū capitulo generali de vrinis ⁊ tractatu de oībus febribus peſte empiala ⁊ liparia.

Incipit prologus.

Poſt obitum bone memorie magiſtri Joannis caſamide medicinalis ſcie profeſſoris reuerēdiſſimi. d. d. mei ⁊ magiſtri ſpecialis Ego quoddam opus in practica medicine compillare propoſui: quod breuiarium nuncupabo in quattuor libros diuiſum in quo diuino fauente auxilio ſigna cās ⁊ curas oīum egritudinum in humano corpore venientiū ꝓut melius potero bene aſſignabo: ⁊ ibi tam pro pauperibus q̄ꝫ diuitibus aggregabo curas diuerſorū phiſicoꝝ ⁊ magiſtroꝝ vtiles pro egritudīalibus vniuerſis ⁊ ſpecialiter curas mei magiſtri in medicina expertiſſimi ibi ponā: ⁊ oīa que expertus ſuꝫ: ⁊ quecūqꝫ per oēs magiſtros ⁊ viros ⁊ mulieres etiā ſimplices ⁊ empicos vidi temporibus meis experiri nulla detētus inuidia ſiue auaritia: prout in ſequētibus patebit: clariter enarrabo ꝓut vnicuiqꝫ cōpetit egritudini. Si itaqꝫ in aliquo peccauerim minus bene dicendo ſupplico vniuerſis doctoribus magiſtris ceteriſqꝫ viris probis in medicinalibus expertis: ſi opus iſtud ad eoꝝ manus deuenerit: vt mea dicta corrigant: ⁊ comendēt mee ſimplicitati: ⁊ ignorantie veniam impendant. Nam vt ait lex: oiū habere memoriā: ⁊ in nullo peccare potius eſt diuinitatis q̄ꝫ humanitatis. Scio nempe ꝙ in multiloquio peccatum nō deerit: cuꝫ idē in hoc libro meo: vt ſuperius dixi: velim curas tā pro diuitibus q̄ꝫ ꝓ pauperibus tradere ſm̄ diuerſoꝝ phiſicorum ⁊ magiſtrorum doctrinā multa oꝫ me loqui: vt qcunqꝫ hunc librum penes ſe habuerit: ⁊ ipſum intellexerit: ⁊ ſm̄ doctrinā traditam ibi ēt in curando egritudines vniuerſas proceſſerit: rōnaliter medicus ⁊ veritatis amicus ab oībus nuncupetur. ex inde. n. amicoꝝ copiā: pecuniam in burſa: ⁊ famā clarā p medicinam acquiret: vt ait eccleſiaſticus de terra creauit altiſſimus ⁊c. iccirco Jeſus xp̄i eiuſqꝫ glorioſiſſime virginis matris marie auxilium ⁊ iuuamen imploro vt ſint mihi adiutores in hoc meo opere. Oīa eterna rōe agunt: ſi principiū fuerit decens: ⁊ amabile deo vt ait lex in libro autēticoꝝ. Dominus cor meū inſpiret: ⁊ labia mea: vt poſſim vtilia pro humano genere pronunciare: ⁊ ad bonum finē deducere quod incepi. Explicit prologus.

Capitulum primum de dolore capitis in generali.

Quoniaꝫ a cerebro oēs nerui originem ducunt: cum ſit radix oīs ſenſibilitatis: vt ait Gal. in tegni: Ideo primo de paſſionib⁹ cerebri tanq̄ꝫ de nobiliori ⁊ digniori agendū eſt. Cerebrum enim multis ⁊ diuerſis paſſionib⁹ humoribus in ſe exiſtentibus vel aliunde procedētibus: vel a ſtomaco venientibus ſepiſſime moleſtat. Et quādoqꝫ ex frigidi aeris diſtēperantia ſiue cal. di: vt a caliditate ſolis: ſiue vento ⁊ hmōi alijs cauſis de quibus dicā inferius domino cōcedente: Cū igitur cerebrum ex frigidi aeris diſtemperātia fuerit inflāmatum ſiue cōflatū: humores a ſe quaſi ſpongia plena aque expſſa per diuerſa membra diffundit. ꝙ ſi ex calidi aeris diſtemperātia ſiue ſolis calefactione fuerit deſiccatuꝫ velut ventoſa humores ad ſe trahens a mēbris p eadem mēbra effundit: qd̄ diuerſaruꝫ egritudinū cauſa exiſtere conſueuit: multos ⁊ eniꝫ videmus ex his cauſis egrotare qm̄ ex reumate a cerebro deſcendente fiunt catarri: branzi: corize: dolores auriuꝫ ⁊ dentium: paraleſis: ſquinantia: peripleumonia: ptiſis ⁊ q̄ꝫplures alie egritudines. Et poſtmodum qn̄qꝫ contingit patiētem ex aliqua predictarum egritudinum ſubiacere: quapropter peritus medicus circa paſſiones cerebri multum debꝫ eſſe ſolicitus ⁊ attentus in reſtringēdo ipſum reuma cū fuerit oportunuꝫ: ne pa. ad predictas paſſiones ſiue egritudines peſtiferas deueniat. homo enim vt ait phūs in libro de aīalibus incurrit plures cauſas reumatis ceteris animalibus cum ſit velut arbor euerſa. Dolor ergo capitis qn̄qꝫ fit ex ſanguine ⁊ talis dicitur dolor infixus. Et qn̄qꝫ ex colera ⁊ dicit̄ pūgitiuus: qn̄qꝫ ex flegmate ⁊ dicit̄ extenſiuus: quandoqꝫ ex melencolia: ⁊ tunc dicitur agrauatiuus. Quādoqꝫ ex predictis humoribus ſuperabundantibus in eſſentia cerebri: qn̄qꝫ ex eiſdem humoribus in ſtomaco exiſtentibus ⁊ ſuperexcreſcentibus. Cum cerebrū ſtomaco cōpatiatur ꝓpter colligantiam quā habent. Qn̄qꝫ fit dolor in toto capite: ⁊ talis dolor dicit̄ cephalic⁹ a cephalon qd̄ in greco caput dicitur. Quādoqꝫ fit dolor in medio capitis ⁊ talis emigraneus dicit̄. ab emi: qd̄ eſt mediuꝫ ⁊ craneum: quoniā in medio cranei fit. Quandoqꝫ dolor fit in vna parte capitis tm̄: ⁊ talis dicitur monopagicus: a monos qd̄ eſt vnuꝫ ⁊ pagos qd̄ eſt vila. de quibus oībus ſecundario tractabo. Et nota ꝙ cerebrum in quattuor partes diuiditur. ſ. in anteriori ⁊ poſteriori: dextro ⁊ ſiniſtro. in anteriori viget ſanguis: i poſteriori viget flegma: in dextro colera: in ſiniſtro melencolia.

Capitulum ſcd̄m de dolore capitis ex diſtemperantia aeris a vento frigido.

Doloris capitis ex frigidis aeris diſtemperātia facti ſigna erunt hec. Pa. a vento vel niue vl' alio frigido aere quātūcūqꝫ fatebit̄ ſe fuiſſe leſum: totum caput cum frigiditate dolet: nares opillātur: ⁊ quaſi aqua clara p ipſas nares enititur: tuſſiunt etiam quandoqꝫ. Aliquando etiam denegatur vox eis: ⁊ fere omnia corporis membra cum quadam grauedine moleſtātur. Curetur itaqꝫ huiuſmodi dolor in hunc modum fiat ſuffumigiuꝫ. ℞. farine foliorum lauri pulegij betonice roriſmarini ʒinʒi. narciſci. abrotani. aā. m. i. buliant hec omnia in vino ru. optimo in vaſe aliquo coperto ſic ꝙ fumus expirare non poſſit. Et pa. in lecto ſtans optime copertus fumum per os ⁊ nares recipiat: ⁊ cum tepefactuꝫ fuerit ipſum vinum pedes crura ⁊ brachia vſqꝫ ad humeros ex predicto vino lauentur: ⁊ ſinapiſmum de caricis contritis dicto vino ca. commixtis ⁊ puluerisatis ſinapis ⁊ pulegij: tritis ⁊ cōmixtis ſimul capiti apponantur. Aliud ad idem: decoquantur predicte herbe in lexiuio: ⁊ cū ipſo lauetur caput: prius tamen ſuffumigetur ex fumo a predicto lexiuio diſſoluto: poſtmodum coperiatur caput bene: ⁊ cum intrat lectuꝫ recipiat fumum de vna galina in paſta decocta ſub paſta plena de optimis ſpeciebus ⁊ his ſimilib⁹ calidis

ſuperſcriptis. Ad idem ⁊ valet. crura lauentur cum di
cto lexiuio facto ex cinere vitis ⁊ paleis ordei ſimul
coctis: ⁊ lectum intret ⁊ capite coperto duplici pan-
no fumum de aqua in qua pulegium regale ſanſucus
laurus ſauina ⁊ modicuʒ laudani cocta ſint in facie re
cipiat: ⁊ poſt dormiat quia multi hoc ſolo experimen-
to curati ſunt ab huiuſmodi paſſione: ⁊ hoc ſi neceſſe
fuerit bis vel ter intra diem ⁊ noctem fiat. Aliud q̄d
didici a quodaʒ ſaraceno. accipiantur .ij. vel .iij. tegu
le ⁊ calefiant fortiter in igne ſic ꝙ ſint bene accēſe igne
⁊ bene rubee. deinde ſuperius fundatur vinum opti-
mum ⁊ pa. fumum per nares ⁊ os recipiat capite coꝑ-
to: ⁊ melius quidem eſt ſi in ipſo vino cocte ſint herbe
calide ſupraſcripte. ⁊ hoc bis vel. ter ſi fuerit neceſſe in
fra diē ⁊ noctem fiat etiam pluries: quia multos hoc
modo curaui. ꝙ ſi per predicta remedia pa. non cura-
tus fuerit: vngatur caput eius oleo muſtelino pulegi-
no ſambucino camomellino ⁊ ſimilibus: metridatum
vel eſdra: aurea: vel tiriaca cuʒ vino in quo pulegium
vel calamentum cocta fuerint diſtemperentur: ⁊ cere-
bro ⁊ timporibus ad modū emplaſtri applicentur: et
etiam cum predicto vino calido in potu ſuſcipiantur.
Sacelletur prius caput raſum in ſummitate cum pul.
thimi: pulegij: baccarum lauri ⁊ origani calefactis pa
rum ſine aliquo liquore: aut etiam cum oleo muſte-
lino: camomelino: vel cōi cōmixtis addito oleo oli-
bani ⁊ ſtorace calamite ⁊ baccaruʒ lauri ſupra ſūmita-
teʒ capitis abraſi prius tepida emplaſtrata mirabiliter
conferunt. Ideʒ operatur eſdra metridatum: tiriaca.
diaoblibanum ⁊ ſimilia: ⁊ data etiam in potu cum vi-
no decoctionis olibani ſaluie rute per interualla dieꝝ
trium. Stuelli facti ex laudano noſtrano ſtorace ⁊ ni-
gella puluerizatis ⁊ inſimul commixtis ſi naribus im-
mittant̄: ⁊ quotidie ibi teneantur: ipʒ reuma miro mo
do conſtringunt: ⁊ huiuſmodi dolorē mitigant. Fiat
aer artificialiter calidus cum igne ex lignis ſine fumo.
Dieta eorum ſit calida. ⁊ calidis ſpeciebus condiātur
predicta cibaria. ꝙ ſi tuſſis cum ipo reuāte fuerit: fiāt
remedia que in capitulo de tuſſi domino concedēte di
cam. vinum odoriferum ⁊ ſuaue bibant ⁊ limphent cū
aqua decoctionis pulegij thimi paſſularum ⁊ foliorū
lauri.

¶ Capitulum .iij. de dolore capitis ex calidi aeris di-
ſtemperantia facto.

Doloris capitis ex calidi aeris diſtemperan
tia facti: ſigna ſunt hec. pa. fatetur ſe in ſo-
le vel iuxta ignem: vł in alio loco calido ni-
mis ſtetiſſe: adeſt dolor in toto capite cum
caliditate ⁊ ſiccitate maxime in fronte: adeſt nariuʒ cō
ſtrictio cum ſiccitate ⁊ ardore ⁊ modica purgatione ꝑ
ipſas nares. curetur huiuſmodi dolor hoc modo: acci
piatur lb. i. ptiſane ordei optime: ⁊ cum ea miſcean
tur tria vitella ouorum cruda ⁊ in ſimul tepefiant: et
cum tali mixtura lauetur caput: ⁊ ſtatim cum gauſape
bene ligetur. poſt. ℞. parum olei ro. vel vio. ⁊ paruʒ la
ctis mulieris: ⁊ parum aceti ⁊ omnia ſimul miſce: ⁊ pe
ciam lini in hoc liquore intingas ⁊ ſupra frontem ⁊ ti
pora apponatur precedente prius fricatione frontis
⁊ tiporum ita fortiter: ꝙ locus incipiat rubeſcere. Vn
guentum optimum ad idem. ℞. malue altee: brāce vr
ſine: volubił ana. lbr. i. ⁊ ſe. lini fenugreci. ana. ʒ. ij. hec
omnia trita in aqua ⁊ oleo bulliant: quouſqʒ tota aqua
conſumatur: deinde per pannū colletur: ⁊ addita lbr.
i. ⁊ ſe. aſongie liquefacte ⁊ cere. ʒ. iij. iteruʒ coquātur
perfecte: ⁊ vſui huiuſmodi vnguentum reſeruetur
quoniam frontis capitis ceruicis timporum colli dor
ſi ⁊ genitalium pro certo huiuſmodi dolores mirabili
ter tollit. Experimentum bonum ad idem. ſuffumige-
tur facies cum aqua in qua roſe olibanum: ⁊ lauda
num cocta fuerint capite coperto: poſt pedes ⁊ crura
abluantur ⁊ cum aqua decoctionis mire: roſaruʒ. vel
ſimplicem aquam frigidā naribus trahant. roſas odo
rent camphoram ⁊ ſimilia: ſi fuerit dolor capitis ex ca
lidi aeris diſtemperantia vel propter ſoleʒ vel alio mo
do: ⁊ hoc ſi fuerit in vere vel in principio eſtatis: ⁊ ap-
paruerint ſigna aliqua pleuretudinis: ⁊ pectoris fuerit
grauitas: ⁊ tuſſicule: ⁊ ſi virtus permiſerit fiat minu-
tio de vena cephalica: poſt ea def ſirupus roſatus cuʒ
aqua frigida ſi dolor huiuſmodi fuerit ſine reumate
frons ⁊ timpora cū aqua ca. in qua roſe mixte viol. co
cta fuerit: vel vnguento ſupradicto vngatur. ꝙ ſi do-
lor adhuc perſeuerauerit: pul. ſan. al. ⁊ ru. gūi. arabici
ſpodij cum aqua roſ. diſtempera. ⁊ pannuʒ ibi infuſuʒ
fronti ⁊ timporibus applica: q̄d ſepe in die fiat ⁊ ſi ne-
ceſſe fuerit. Aliud ad idem. ℞. raſine. cucurbite ſucci
cimarū rubi. vmblici ve. ſempuiue cimaꝝ brance vr.
aā. ⁊ cum oleo viol. diſtēpera. ⁊ pannū ibi infuſum frō
ti ⁊ timporibus applicabis. Aliud ad idē lac mulieris
cū agreſta ⁊ oleo valet. Inunctio ex vnguēto populeō
⁊ frōti ⁊ timporibus facta mirabiliter valet ſi non fe-
bricitauerit. Pulos perdices faſianos edos aues pre
terqʒ in paludibus degentes ⁊ ſimilia comedant. Vi-
num limphatū bū bibant. Si vero febricitāt comedāt
lactucas ſcariolam boragineʒ portulaca cicera fracta
cum lacte amigdalarum coquinata. fiat ordei ptiſana
cum lacte amigdalarum: granata ⁊ huiuſmodi come-
dant: aquā prius coctā ⁊ infrigidatā poſtmoduʒ bibāt
⁊ ſirupū roſ. vel viol. ſumant cum aqua predicta.

¶ Capitulum quartum de dolore capitis ex ſanguine
facto.

Dicto de dolore capitis ꝓp caliditatem vel
frigiditatem ⁊ ſine hu. vitio facto. Nunc vi
dendum eſt de ipo dolore capitis ex aliquo
humore ibi exiſtente. Si igitur dolor capi-
tis fuerit propter aliquē humorē in eſſentia cerebri ibi
dem abundantem ⁊ ibi exiſtentem: eſt cōtinuus ſine in
terpollatione. Si vero fuerit ꝓpter hu. in ſtomaco exi
ſtentem: vel alibi dolorem capitis inducentem eſt cum
interpollatione ⁊ nō continuus vt inferius enarrabo.
Si ergo dolor capitis fuerit ex ſanguine ibi exiſtente
hec ſunt ſigna: dolor eſt cum calore ⁊ frontis grauedi
ne: rubeſcunt oculi: ⁊ vene timporum plene eſſe videā-
tur: pulſus plenus: vrina ſubruffa ⁊ ſpiſſa: ⁊ mēbra om
nia graueſcunt: que quandoqʒ ſunt ſigna future ſino-
che. Primo igitur in via curationis huius capitis do-
loris ex ſanguine facti minuatur pa. tempore etate
⁊ virtute permittentibus de vena cephalica dextri bra
chij: detur ſibi ſirupus acetoſus vel oxizachara cuʒ te-
pida omni mane. Ieme vero ⁊ tempore frigido minua
tur de cephalica ſiniſtri brachij: poſt def ſirupus roſ.
vel viola. vel ſolum ſucum cum tepida. ſequenti die:
ſi dolor non ceſſauerit ponantur ventoſe poſt collum
cum ſcarificatione: ⁊ attrahatur ſanguis inde ſecun-
dum vires pa. Si iterum propter hoc dolor non ceſſa-

uerit in.vi.vel.viij.uel.x.die det̃ hec decoctio ſanguinem mundificans. ℞. pruna damaſena.xxv. Juiube xv.violarum.ʒ.ſ.floruꝫ boraginis.ʒ.quartũ: in aqua buliant uſqꝫ cõſumptionẽ medietatis ⁊ colature.adde ʒ.ij.caſſie fi.mãne.ʒ.i.⁊ cuꝫ ſirupo violato exhibeas in potu. Alia decoctio mundificãs ſãguinẽ optima et expta co.reprimẽs recipe ca.ve.epatice violarũ.ſeminũ cõ.añ.ʒ.ſ.pruna dama.xxv. Juiube ſebeſten añ.xv.liquiricie.ʒ.i.hec oĩa in ſufficiẽti quãtitate aque bulita colentur et colature addatur caſſiefiſtule.ʒ.ij.mãne.ʒ.i.tamarindoruꝫ.ʒ.ſ. diaboriginati.ʒ.i.⁊.ſ.pulueris mirabolanoruꝫ citrinorum ⁊ embilicorum añ.ʒ.i.trifere ſaracenice.ʒ.ſ.in mane colentur hec oĩa ⁊ colatura tepida exhibeat̃ in potu. Jtem ſi pa.nimis fuerit conſtipatus ante aſſumptioneꝫ decoc.fiat cliſtere.℞.viol̃.mal̃.brãce vrſine.añ.m.i.ſeĩs lini.fenugreci.furfuris tritici.añ.p.i.in aqua marina uel ſamentia buliãtur quouſqꝫ ſolum quarta pars ipſius aque remaneat coletur ⁊ colature addas olĩ viol. uel coĩs.ʒ.i. ſuci mercurialis.ʒ ij.ſuci viol.mel̃.añ.ʒ.ſ.triffere ſaracenice.ʒ.i.⁊.ſ.pulpe caſſie.ʒ.ii. Jnciatur per cliſtere ad minus tribus vicibus hoc apoꝫĩa: fomentẽtur frons ⁊ tĩpora cum aqua in qua cocte ſunt roſe melilotum ⁊ flores camomille:uel cũ aqua mal.foliorum mirti ſalicis ⁊ roſ.uel cum ſimplici aqua calida:⁊ abſtergatur: ⁊ poſt inungatur cum oleo roſ.uel viol.uel cum lacte mulieris puellam nutrientis. Jtem.℞.vitellum oui ⁊ cũ lacte mulieris:⁊ oleo viol.diſtempa: ⁊ fronti ⁊ timporibus applicetur. Aliud.cãphora cum pſilio teratur:⁊ cum aqua roſ.diſtemperetur:⁊ pti dolenti applicetur.qd̃ ſi dormire non poſſit: inungãtur frõs ⁊ timpora ex unguento quod in cura freneſis ponam:uel aliquid de empl̃is ⁊ epithimatibus ad prouocandum ſõpnum in predicto capl̃o ſcriptis tĩporibus applicẽtur. Jtem unctões ⁊ epithĩata que diximus in dolore capitis ex ca.aeris diſtẽperantia ſi fuerit neceſſe fiant ẽt in hac cauſa. Jtem trociſci de eupatorio multuꝫ valẽt in hac cã ⁊ ſpãliter qñ fuerit ſanguis aquoſus ĩ cã faciens dolorem capitis.ꝙ ſi facies pp dictum dolorẽ capitis intumuerit:lauetur cuꝫ aqua in qua cocte fuerint lẽticule: terra etiam figuli cum aqua pluuiali uel roſ.diſtemperetur: ⁊ ad mõꝫ empl̃i in facie ponatur. Si fe.patitur cõcdat ſcariolam boraginem bletas lactucas cũ lacte amigdalaruꝫ cognata.prũa dama. Juiube ⁊ ſil̃ia Si vero nõ febricitauerit pulos edos turd̃ faſiãos pdices ſturnos merulas ⁊ alias aues preter quã in paludibus dgentes cõedat:piſces aſſatos ſptilles triſ.cithi. ⁊ ſil̃ia. vinũ odoꝛifex ⁊ liphatũ cũ aqua fe.feni.bibat. Et nota qd̃ in hac paſſione ⁊ ceteris egritudinibus:in quibus cõpetit fl̃omia ſemp debet fieri in die nõ cretica.⁊.iij.⁊.vj.⁊.viij.⁊ ſic deinde ⁊ non in ij.vel.iiij.⁊ idẽ dico de medicina laxatiua:qꝛ in febrib⁹ vel in alijs egrtudinib⁹ pꝛodicis nunqꝫ debꝫ exhiberi medicina in die cretica. Et ratio talis eſt:qꝛ natura pugnat contra moꝛbuꝫ vꝫ in die cretico: queadmodum pugnarent duo pugiles:⁊ ppterea ſi tunc tpis fl̃omiã ſeu farmaciaꝫ exhibemus: eſſet natura tunc aut attenta circa moꝛbum vel circa plobotomiã vel circa pharmaciam.vel circa vtrunqꝫ. Si circa moꝛbum medicina nõ poſſet cõſequi tunc ſuos effectus niſi niſi iuuaretur a natura. Si circa medicinã tunc moꝛbus ſuuꝫ cõſequeretur effectum non reſiſtente natura. Si circa vtrunqꝫ ad vtranqꝫ debilioꝛ reperiretur. Jtem nota ꝙ quando phl̃omamus optimum eſt pꝛius inducere aſſellam cuꝫ ſuppoſitorio aliquo ex lardo vel medulla caul̃ ⁊ oleo intincta ⁊ deſuper aſperſa ſale trito: vel cum ſuppoſitoꝛio ex ſale ⁊ melle facto ſimul coctis in ſartagine in tantum ꝙ indureſcant. Jtem nota ꝙ eadem die quando phl̃omamus non vti debemus cliſteri qꝛ vt ait Jpo. in fine acutoꝛum:cũ phlõmaueris nõ indigebis cliſteri.

Capitulum quintum de doloꝛe capitis facto ex colera.

Ccidit quãdoqꝫ dolorem capitis fieri propter col̃am in capite immoderate ſuperabũdantẽ cuius ſig̃ ſunt hec: dolor eſt maximus acutus pungitiuus ⁊ maior eſt in dextra parte capitis:adeſt ſitis ⁊ vigilia cum inſtantia pꝛopter exceſſum ſiccitatis colere: lingue aſperitas cum oris amaritudine. Et quandoqꝫ cum quadam circunuolutione que uertigo dicitur:vrina citrina adeſt uel ſubcitrina ⁊ tenuis:⁊ pulſus uelox ⁊ acutus:color facici ⁊ oculorum eſt rubeus clarus cum quadam citrinitate. Curetur itaqꝫ hic dolor in hunc mõm. Primo facies tĩmpora pedes crura ⁊ brachia abluantur cum aqua in qua roſ.melilotum flores camomille decocte fuerint:ut poris apertis propter huiuſmodi lotionem feruoꝛ colere euaporare poſſit:⁊ poſt cum ol̃o roſ.vel viol.vngatur. Deinde ad digõnem accedamus materie dando omni mane.ʒ.i.ſ. oxiꝫachare cuꝫ aqua pꝛunoꝛum ⁊ viol. detur ipſa oxiꝫachara: vel detur ſirupus viol. Jn.vj.vel.viij.die detur talis lotura. ℞.ca.ve.end̃.boꝛaginis:ſcolopendrie epatice.añ.m.ſ. pꝛuna.xxv.oꝛdei.p.i.viol.ʒ.ſ.radicum feniculi.ʒ.i.ſeminum cõium ꝯtuſoꝛuꝫ.ʒ.ij. Juiube.xv.in hac decoctione diſtemperetur caſieſi.tamarind̃.añ.ʒ.i.ꝫucchari roſa.noui propter confoꝛtationem ſtomaci.ʒ.ſ.reubarbari pulueriꝫati.ʒ.quartuꝫ. pulpe mirabolanoꝛum citrinoꝛum.ʒ.ſ.que omĩa lateant in pꝛedicta decoctione per totam noctem:⁊ ſtet ad ſerenum aerem. Jn auroꝛa vero colentur: ⁊ colatura tepida exhibeatur pa. vel purgetur cum oximelle ſquilitico:vel cum el̃io de ſuco roſ.vel pſilitico:vel cum diapꝛunis:vel cuꝫ aqua reubarbari:vel cum.ʒ.ij. mirabolanoꝛum citrinoꝛuꝫ pulueriꝫatoꝛum:qui per noctẽ lateant in aqua ca. mane vero dicta colatur:⁊ addito pauco ꝫuccharo detur in auroꝛa:vel purgetur cum iſtis pillulis ex eis dando pondus.ʒ.i.⁊.ſ.℞.coꝛticum mirabolanoꝛum citrinorum indoꝛũ ſeminis fumiterre ſe.ſcariole.añ.ʒ.ſ. reubarbari.ʒ.ſ.ſcamonee in pomo cocte.ʒ.i.ſ. confice cũ ſuco ſcariole ⁊ pillulas infoꝛma ⁊ dabis ex eis.ʒ.i.ſ.vt dictum eſt. Unctiõibus ⁊ epithimatibus fr̃is vt dictũ eſt foueantur:ſi doꝛmire non poſſint pꝛouocet̃ ſomn⁹ cum vnctionibus empl̃is vel epimatibus que in capitulo de freneſi dicturi ſumus. Unguentum:quo ſi vngantur frons ⁊ timpoꝛa: ⁊ vene pulſatiles bꝛachioꝛuꝫ ⁊ pedum ſomnum inducit ⁊ doloꝛem capitis intẽſiſſimum mitigat: ⁊ in fe.etiam acuta ⁊ peracuta valet. Et non nocet etiam ſi infirmus ſit reumaticus imo etiaꝫ pdeſt.℞.olei viol.roſ.camo. añ.ʒ.iij.ſuci mãdagoꝛe: iuſqami lactuce.añ.ʒ.i.opij.cere albe.añ.ʒ.i.ſuci herbarum coquantur: ⁊ colentur ⁊ ſic cera ſupermittat̃: poſt opium in vino infuſum adiunge: ⁊ modicum bullire deſine: ⁊ ab igne eleua ⁊ infrigidari permitte, dein

de reſerua vſui: ⁊ vtere vt dictum eſt: ſm doctrinaʒ in precedenti capitulo datam.

¶ Capitulum ſextum de dolore capitis ex flegmate facto.

q Uod ſi dolor capitis fuerit ex flegmate ſup excedente in cerebro. ſigna ſunt hec dolor eſt cuʒ nimia fritate ⁊ grauedine ⁊ maxime in occipitio: ſupfluitas q̄ꝫpſrima per os ⁊ nares emittitur adeſt oris īſipiditas. Urina alba ⁊ ſpiſſa appꝫt: color faciei albꝰ ⁊ pallidus ⁊ grauedo cū ſomnolentia. Curet̄ hoc modo: detur oī mane. ℥.i. ⁊ ſ. oximelł. cōpoſiti cuʒ aqua decoctio. ſe. fe. ⁊ aniſi vſqꝫ ad materie digōnem ⁊ hoc in viris. In mulieribus vero damus oximel ſine aceto factum: qꝛ vt ait Gal. acetuʒ eſt mulieribꝰ inimicum: ⁊ detur eis oximel predictuʒ cuʒ decoctione ſticad. ⁊ ſe. ⁊ radicis feniculi ⁊ apij. materia digā purgetur cum pillulis iſtis: que valde ſunt vtiles: ⁊ ſodā cronicam antiquā ſiue dolorem capitis ex flegmate factū ſedant. ℞. ſpēruʒ yere pigre. ʒ.i. ſeis apij. ʒ.i. interioris colloquintid. ʒ.ſ. ſcamonee bone anthiocene in pomo cocte. ğ. quattuor ⁊ ſ. ſuci abſinthij gra. ix. cōfice cum ſuco feniculi dentur. ʒ ij. vel minus ſm vires ſuſcipientis: vel purgetur cum theodoricon empericon paulino ieralogodiō. Jera fortiſſima vel ierapigra. Uel cum hijs pillulis alijs optimis ad idem. ℞. agarici. caſie lignee turbit polipod. cameđ. camepi. colloquintid. maſticis ſe. fe. aniſi cinamomi. aā. ʒ. ij. aloes epatici. ʒ.i. ſcamonee bone in pomo cocte. ʒ.i. ⁊ ſ. tere oīa: ⁊ cū ſuco abſinthij iſta incorpora ⁊ ex eis pillulas informa in modum cicerum dantur. xiij. vel xv. vel minus ſm vires ſuſcipientis. Alie pillule ad idē experte ⁊ cōpetunt ſpāliter ruſticis ⁊ fortibus. ℞. agarici: maſticis cinamomi ſe. fen. aniſi aā. tere oīa ⁊ tempera cū lacte titimali ⁊ pillulas informa in modum ciceruʒ ⁊ da. xj. vel. xv. ſm qđ expedit: purga ēt p nares vt diacaſtoreum aurea alexandrina vel potio ꝑ Pauli. predicta cuʒ ſuco rute diſtēperata naribus inijciēdo. ſucus blete cum medietate ſui melł mixtus ⁊ naribus iniectus multum purgat flegma per nares. probatuʒ eſt. Gargariſma ēt fiat: qđ caput optime purgat a ſupfluitatibus f̄łatis qđ. ℞. ſtaphiſagrie. zinzi. piperis cimini pulegij aā. terantur ⁊ cum forti aceto coquātur ⁊ cum melle roſ. miſce: ⁊ calidum ad gargarizandum da. Aliud ad idem. ℞. ſe. rape ſinapis ana. ʒ.i. piperis gra. xx. ſeminis naſturcij ſeminis origani: ⁊ apij tantūdem terantur omnia ⁊ cum melle ⁊ aceto decoquant̄ ⁊ cum aqua ca. dabis ad gargarizanduʒ. Aliud ad idē ℞. mellis lbr. i. ſape aceti fortis aā. lbr. i. ſinapis triti origani iſopi thuris ſtaphiſagrie aā. ℥.i. omnia ſimul decoque ⁊ gargarizet pa. ad ſolem capite eleuato: huiuſmodi gargariſmata fiāt ſemel ī hebdomada vel bis ſi fuerit neceſſe in patiente: vel etiam in ſanis ſi fiant ſemel vel bis in menſe: multum mūdificant cerebrum a ſupfluitatibus flegmaticis. pectus etiā ⁊ ſtomacum a predictis ſuperfluitatibus purgat optime: ⁊ hominez ſanum reddunt: lauetur etiam caput iſtorum in aqua ī qua cocta ſint pulegiuʒ ros marinꝰ maiorana laurus betonica ſauina ⁊ huiuſmodi: vngatur caput cū oleo nardino vel ſambucino. Item aleum tritum ⁊ calefactum in tegula ⁊ parti dolenti ſuperpoſitum dolorem tollit. Item emplaſtrum factum ex euforbio mirra: gūmi arabico ⁊ croco orientali parti patiē. ſuperpoſitum multum valet. Item caſtoreum diſtemperatum cum ſuco rute ⁊ in occipitio ſuperpoſitum mirabiliter valet ⁊ eſt probatum. Sternutationes etiam prouocentur cum elleboro condiſi ⁊ caſtoreo in naribus proiecto: ⁊ huiuſmodi dentur electuaria ſicut diaciminum diazinzi. diatriton pipereon ⁊ ſimilia: apponantur etiā naribus odorifera. comedāt carnes porcinas nō multum. ſ. aliquantulum ſalitas cum boragine feniculo petro. coquinatas caſtratinas arietinas ⁊ edinas capriolinas perdices faſianos turdos merulas ⁊ huiuſmodi farrum ordeum ius cicerum ⁊ panem bñ fermentatū. Uinum limphatum odoriferuʒ bibant vuas paſſas comedere poſſent. a piſcibus ⁊ a frixis abſtineant. Item inunctio ex vnguento aureo circa caput multum valet. Item caſtoreum ⁊ piper in oleo communi buliāt ⁊ modico aceto ⁊ ſpongia vel pecia in tali liquore intincta loco dolenti epithimetur. Item centaurea betonica ⁊ branca ur. in oleo ⁊ vino cocta ⁊ cataplaſmata valent. Item caſtoreum: ⁊ ſemen rute trita in vino ⁊ oleo buliant: ⁊ ſpongia vel pecia intincta parti dolenti ſepe ⁊ ſepius applicetur.

¶ Capituluʒ ſeptimum de dolore capitis facto ex melencolia.

c Um dolor capitis ex hu. fit melēcolico his ſignis diſcernitur: dolor eſt cum frigiditate maxima in ſiniſtra parte capitis: timor vigilie ⁊ triſticia: ⁊ vrina alba ⁊ tenuis: color faciei eſt pallidus trahens ad ingredinem. Curet̄ hoc modo detur omni mane. ℥.i.ſ. oximelł. compoſiti cuʒ aqua thimi ⁊ epithimi ⁊ florū boraginis. Materia digeſta purgetur cuʒ pillulis iſtis. ℞. aloes epithimi: polipod: colloquintid. agar. mirabolanorum indoꝝ aā. ʒ.v. cinamomi: ſpice: carpobalſami ſcamonee. aā. ʒ. ij. croci. ʒ.i. confice cum aqua decoctionis epithimi. Alie pillule optime ⁊ experte: que valent melencolicis: timidis: maniacis: quartanarijs ⁊ ſpleneticis. ℞. lapid lazuli: ſene thimi epitimi cuſcute ſticados ypericon maſticis: cinamomi: ſpice. ana. ʒ. ij. radicis caparis: polipodij: agarici ſquinanti: mirabolanorum indorum ⁊ chebulorum ſeminis feniculi. aniſi croci. aā. ʒ.i. aloes ʒ. xv. diagredij in pomo cocti. ʒ. viij. confice cum ſuco abſinthij: vel maratri ⁊ ſecundum vires pa. in ſero da cum aqua calida lacte coagulato vel formato: poteſt etiam ad digeſtionem huiuſmodi malencolici hu. ⁊ diuiſionem ipſius dari pliris arcoticon: ⁊ diacatolicon. deinde purgare cum ierapigra ⁊ teodoricon empericon vel cum aqua in qua ſene vel polipodium depoſita ſint addito zuccharo: vel cum aqua decoct. epithimi ⁊ cuſcute additis. ʒ. ij. lapidis lazuli: ⁊. ℥.ſ. zucchari vel cum diaſene: poſt quartum vero diē purgationis detur metridatum ſeu adrianum cum vino decoctionis calamenti. Ungatur caput cum oleis ⁊ vnguētis ſuperius in capitulo de dolore capitis ex flegmate facto dictis. Et ſi fuerit neceſſariuʒ videlicet ſi ipſe dolor nimis perſeueret: bonum eſt ꝙ faciamus abradi capillos ad hoc vt virtus vnguentorum ⁊ aliorum medicaminum ibi competentium poſſit interius facilius penetrare: fomentetur caput cum aqua decoctionis ſanſuci: pulegij: roriſmarini. floruʒ camomilł. lauri: ⁊ policarie minoris. Odorifera etiam naribus apponā tur: vt in precedenti capitulo dictū eſt ſimili modo dietentur: vt ibi.

Capitulum. viij. de dolore emigraneo.

q Uādoq; fit dolor recte in medietate cranei ⁊ tunc dicitur emigraneus. ab emi quod eſt medium ⁊ craneum. Primo igitur ſtudeam⁹ in purgando ⁊ mūdificando cerebrū precedente aliquo digeſtiuo conuenienti: vt ſi hu. frigidus fuerit in cauſa digeratur materia cū oximelle cōpoſito: poſtea purgetur cū pillulis aureis vel cochijs vel ſine quibus eſſe nolo pigra ⁊ ſimilibus: que habent purgare caput a frigidis hu. poſt detur aurea metridatum opopira ⁊ huiuſmodi: poſt hoc fiat ſuffumigium valens multum contra emigraneam ex cauſa frigida. ℞. foliorum lauri ⁊ baccarum eius camo. cimini laudani ⁊ teſte alij in optimo lexiuio de cinere ſermetorū vel quercus facto coquantur: ⁊ pa. fumum recipiat in capite pannis optime coopertus: poſtea cum predictum lexiuium fuerit tepefactum lauet ſibi caput de eo bene munitus a frigore. Item inungantur caput ⁊ timpora in ſūmitate abraſum cum oleo laurino uel muſtelino: vl' petroleo ⁊ oleo bñdicto. Et ex eis frōs caput timpora ⁊ ſumitates capitis inūgantur vel ex vno eorum ſolo: valet multum contra emigraneam ex cauſa frigida. Item emplaſtrum optimum ad idem. ℞. ſtaphiſagrie cimini. laudani euforbij. ana. ℥. ij. cere. q. s. decoquantur inſimul vſq; ad ſpiſſitudinem: ⁊ mediante pecia timporibus fronti ⁊ ſumitati capitis abraſi applicetur. Aliud ad idem. aleum elixum: ⁊ in oleo frixum decoctum cū pauco pulegio ⁊ pipere puluerizato ſuper iunctū locis predictis miromodo ſubuenit. Aliud ad idem. ℞. calamenti pulegij mente: cimini. roſ. cāo. ana. .M. i. decoquantur hec omnia in vino ⁊ ſupra tegulā calidam incorporentur: ⁊ inter duos pannos ponatur ⁊ calide quantum poterit tolerare capiti abraſo ſuper ponantur. Item olibanum ⁊ realgar ana: vel alterum eorum per ſe cum albumine oui teratur ⁊ diſtemperetur fronti ⁊ timporibus applicetur. Item gargariſmata ſupradicta in dolore capitis ex flegmate facto dicta in hac cauſa vtilia ſunt multum ⁊ purgationes capitis ibi ⁊ alibi notate. Nam ſi caput fuerit bene purgatum oculi nullam poſſunt habere inualitudinem: nec aures etiam. q' ſi dolor emigraneus ex ca. fuerit hu. Curetur in hūc modū ſi ſanguis fuerit ī cā fiat minutio d uena cephalica. que eſt ī frōte: vl' apponantur ibi ſanguiſuge: vel fiat miūtio de vena capis que eſt in māu iuxta policem: vel de uēa que eſt in ſumitate naſi. Item buſture facte in capite ⁊ cetones conferunt multū ualde. Itē mundificetur ſanguis cū decoctōe ſan. mūdificante ſuperius in capitulo de dolore capitis ex ſanguine facto dicta. Si co. fit in cā digeratur materia ⁊ purget pa. ſecūdū doctrinā datā in capitulo de dolore capis ex co. facto. Itē in materia qualī poſt purgationē vel flōiam. ℞. tale empl'm qd frōti tīporib⁹ ⁊ ſūitati applicet. ℞. ſuci ſempuiue ſuci memithe. ca. veneris ⁊ plantaginis aā. incorporentur in farina horobi: ⁊ tepidū predictis locis mediante pecia lini epithīa. Item iungantur predicta loca ex puro oleo roſato uel viol'. mixtis ſil' vel de ſe ſolo bis vel ter in die. Itē ventoſa ſine ſcarificatiōe inter duas ſpatulas vel in cōcauitate colli poſita multū v; in materia cal'a. Itē apiū decoctum in aqua tritū ⁊ emplātū multū v;. Aliud ad idem. ℞. florum ſcorād vel ipſa herba cū tantūdē mirti bulliat in aqua ⁊ ex ea caput fomentet ⁊ lauetur. Item ſucus ruthe naribus iniectus ⁊ pānus ītinctus in predicto ſuco ⁊ tiporibus ⁊ fronti ⁊ ſumitati capitis abraſi ſuperpoſitus. v. vel. vij. vicibus in die ipſum dolorē emigraneū mirabiliter tollit. Unguentum ad feruorē capitis expertū. ℞. ſuci ſempuiue. ℥. iiij. ſuci verbene. ℥. vi. aceti fortiſſimi. ℥. iij. omnia inſimul miſce agita ⁊ colla ⁊ cū populeō ⁊ oleo roſ. miſce ⁊ vſui reſerua p̄dicta loca inunguendo. Trociſci qui debēt miſceri cū oleo laurino vel oleo benedicto vel cum aliquo unguēto ca. mirabiliter valentes ī emigranea ⁊ ī quolibet dolore capitis ex materia frigida facto. ℞. baccarum lauri. ℥. vi. opij croci ana. ℥. iij. cardamomi. mire. coſti. rute viridis nitri ana. ℥. ij. vini albi. q. s. ſi cū predictis oleis ⁊ vnguentis ca. commiſceantur iſti trociſci ⁊ inungantur predicta loca valent contra materiam frigidā ſi cum populeō vel oleo roſa. vel viola. valent contra cauſam calidam. Unguētū ad emigraneum ⁊ dolorē ceruicis ⁊ omnium membrorum expertum ⁊ eſt valde neceſſarium arti medicine. ℞. foliorum ſaluie exſiccate ad ſolem foliorum rute viridis. ana. ℥. vi. baccarum lauri maturarum cimini. ana. lib. i. verbene cum cauda ſua. ℥. vi. cere libr. i. olei veteris. lib. x. omnia optime terantur ⁊ infunde tribus diebus in vino: ita, vt omnia tegantur a vino. poſtea percoque ea in predicto vino ⁊ cum cocta fuerint mitte oleum ⁊ verbenam iterum coquere: vt oīs vis hu. decoquatur ⁊ vinum deficiat ⁊ poſt oleum quod ſupereſt cola ⁊ iterum coque ⁊ ceram mitte vt ſolui poſſit ⁊ vſui reſerua.

a Additiones: locale bonum in emigraneo ⁊ claue. ℞. ſpongiam ad quantitatem manus intinctā in aqua artemiſie: ⁊ expreſſa applicetur: poſt inungatur cum oleo de caſtoreo. Item ℞. pulueris lane ſucide cōbuſte immiſce cum albumine oui ⁊ fronti ſuperpone: dolorem enim aufert ⁊ lacrimas: ⁊ valet obtalmie. Quidam eſt paſſus diu dolorē frontis omni die in veſperis valde fortem: qui longo tempore remedium nō inuenit: ⁊ doctus fecit ſibi emplaſtrum de nucleis perſicorū bene piſtis ⁊ fuit perfecte curatus. ⁊ multi alij. In dolore accuto ſupercilij ſi a ſtomaco eſt: quod vt plurimum eſt: cura eſt vomitū prouocare cū ca. aqua: ⁊ etiam oximel compoſitum bibere: ⁊ pedes ⁊ crura cū aqua feruenti lauare: ⁊ ad inferiora trahere. poſt hoc ī nocte ſi non quieſcit per hoc yeram aſſumere debet vl pillulas de yera. fronti vero hoc emplaſtrum apponere. ℞. aloes epatici. ℥. iij. olei roſati vel aneti quantum ſufficit: ⁊ ſecundum cauſam a calido: vel frigido prouenientē emplaſtrū de florib⁹ arthīe ī aqua cocte ⁊ piſtate: prius lauatiōe facta cū aqua decoctiōis eiuſdem multum valet etiā in dolore capitis.

Cap'l'm. ix. de dolore capitis ex flegmate in ſtomaco abundante.

a Liquādo fit dolor capitis ex hu. flegmaticis ī ſtomaco ſupabūdātib⁹ ex qb⁹ reſoluūtur fumi q petūt cerebrū ⁊ faciūt dolorē in capite pp colligātiā quā h; cerebrū cū ore ſtomaci. Si igit dolor capis fuerit ex hu. ī ſtocō exitib⁹: ſignū erit q: cū īterpollatōe. ex quacūq; n. cā fuerit ſupaſcriptis ⁊ ſubſcribēdis ſignis dignoſcit: ⁊ curis ſupiorib⁹ curabit exceptis purgatiōib⁹ p nares ⁊ gargariſma. Cū igit dolor capitis fuerit ex hu. ī ſtomaco ſupabūdāte faſtidiū generat: ſed ſtatī cibo ſūpto minuitur. Curetur

hoc modo ſi pa. de leui uomere poterit cepas caſeū pi
ſces ſalſos uel ficus ſiccas ⁊ huiuſmodi comedat: vi-
num forte bibat ⁊ poſt aquam calidam in bona quan-
titate bibat ⁊ uomat: ⁊ hoc faciat duobus diebus: uel
prouocetur uomitus cuꝫ vomitiuo ſcarpelle patriar-
che uel nicolai: uel cum aliquo ſil'i vł cū uomitiuo ma
giſtri mei: quem in cura de vomitu prouocando dicā.
Nebule flegma medicātes de ſtomaco ⁊ inteſtinis: ⁊
etiam vermes ⁊ aſcarides prouocant: ℞ modicum fa
rine ⁊ paruꝫ maſticis ⁊ cinamomi puluerizati que om
nia miſceas: ⁊ cuꝫ lacte titimali nebulas fac et da vnā
uel duas. Aliud ad idē. ℞. ij. uel. iij. radices polipo
dij tere cum modica farina ⁊ vitello oui fritellas fac
⁊ pa. da: uł detur pul. petrōcelli q̄ ſuauiter educit fleg
ma de inteſtinis ⁊ ſtomaco etiam melencoliam. pul. eti
am de ſe. modice cum aqua ca. ⁊ modico melle datus
idem operatur. poſt purgationem per vomitum den-
tur electuaria calida confortantia ut eſt gariofilatuꝫ
diacalamentum diaciminuꝫ ⁊ ſimilia. Inungatur ſto-
macus ex iſto epithimate. ℞ olei veteris: rute ana. ʒ. i.
caſtorei caſſie ana. ʒ. ſ. omnia in p̄dicto oleo decoquā-
tur: ⁊ ex eo ſtomacus inungatur. Dietentur ſimili mō
ut diximus de dolore capitis ex flegmate facto: ⁊ ce.
remedia ibi dicta fiant prout expedit.

¶ Capitulū. x. de dolore capitis ex melancolia in ſto-
maco ſuperabundante facto.

Si dolor capitis fuerit ex melencolia in ſto-
maco ſuperabundante his ſignis diſcer-
nitur: pa. male digerit: ⁊ ante comeſtionem
⁊ cum digeſtio fieri incipit: dolet in ſtoma-
co: ⁊ grauedinem in auribus patitur: ⁊ ce. in dolore ca
pitis ex melencolia ibi ſigna apparent. Curetur hoc
modo precedēte uſu oximellis per aliquos dies: pur-
getur pa. cum decoctione hac: que ad hoc ⁊ quartanā
notam que fit de melancolia naturali eſt experta. ℞ ſe
ne thī epithimi cuſcute eleboris nigri camedreos ſq
nanti ſticados ſeminis aneſi feniculi petro. corticum
capparis. ana. ʒ. ſ. omnia in ℔. iij. aque buliant: vſqꝫ
ad conſumptionem duarum partium: deinde colen-
tur: ⁊ colature addas mirabolanorum chebulorum.
ʒ. i. idorū. ʒ. ſ. lapidis laꝫuli loti. ʒ. ij. exhibeatur tepida
in matutinis decoctō hec: uel purgeṫ cum iſto oximel
le quod uꝫ ad predicta omnia: ad que decoctio. ℞. ra
radicis feniculi raffani apij ⁊ ſqlle ana. m. i. hec omnia
per triduum in aceto infunde. Tertio vero die in me-
dietatem illius aceti bul'. facias deinde cola: ⁊ colatu
re addas tertiam partem mellis diſpumati: ⁊ pul. iſtuꝫ
ſuperaſperge qui. ℞ ſquinanti: ſene: epithimi: ſpice ci-
namomi: ſeminis feniculi: aneſi: ana. ʒ. i. ⁊ iterum buli-
re fac de quo dabis cum aqua ſe. raparum ⁊ radicum
ʒ. ij. uel mundificetur ſtomacus cum uomitiuis: quos
dicemus in capitulo de vomitu prouocando: utatur
electuarijs calidis in predicto capitulo dictis poſt
purgationem mane ⁊ ſero cuꝫ vino odorifero ſumēs
ca. utatur: ⁊ ſepe ⁊ ſepius poſt purgationeꝫ ſimplici ye
rapigra galieni. Oleis calidis: ⁊ epithimatibus: et un-
guentis ſtomacus inungatur: ⁊ dieteṫ eo modo ut eſt
predictum in predicto capitulo.

¶ Capitulū. xi. de dolore capitis propter co. in ſtoma
co exiſtentem.

Si dolor fuerit propter co. in ſtomaco ſu-
perabundantem. ſigna ſunt hec. Pa. ha-
bet abominationem ſitim oris amaritudinem cum
ſtomaci faſtidio ⁊ punctione: ⁊ alia accia in capitu-
lo de dolore capitis ex co. exiſtente ibi ſume. Si pa. fu
erit colericus ⁊ in eſtate: bibat multū de aqua frigida
⁊ poſt de ca. ⁊ ſic vomitū ꝓuocet quoniā hoc ſolo mul
ti curati ſunt. uel. ℞. ʒ. ij. uomiti nicolai patriarche: uł
ſcarpelle: ⁊ diſtempera eas cuꝫ aqua ca. ⁊ cola: et cum
ſirupo acetoſo miſce et potui da: uel mūdificato ſto-
maco cū p̄dictis medicis ī capitulo ď doloꝛ capitis ex
co. ſcō dictis. In meridie ſumāt tria ſandalos uł diaro
dō cū ſirupo ro. uł vio. uel cū ſirupo ď ſandał cū aqua
fria mixtis. Sirupus ualēs ad purgādū colerā ď ſtōa
co: epar ⁊ viſcera refrigerat: vētrē humectat ſuauiter:
⁊ calorē ſtomaci ⁊ capitis dolorē: q̄ fit ꝓpter co. in ſto-
maco exiſtētē mitigat. ℞ mirabolanoꝝ citrinoꝝ: ab-
ſinthij: ana. ʒ. xv. cuſcute: fumitere viole. roſ. ana. ʒ. iij.
tamaridorū. ʒ. iij. pruna. c. iuiubas. xl. maſticis ſpodij.
ſanda. alb. ⁊ ru ana. ʒ. iij. endi. m. i. hec omnia in ℔. x.
aque die ⁊ nocte reponātur: poſtea coquātur ⁊ colatu
re addatur māne caſſiefiſtule mūde ana. ʒ. xv. ⁊ fricent
manib⁹: quib⁹ iterū collatis miſce ℔. i. granati aceto
ſi ⁊ dulcis ⁊ zuchari ℔. iij. de quo dabis. ʒ. iij. cum
aqua frigida: ⁊ ſi plus laxare volueris cōmiſce ī quali
bet doſi ſcamo. grana. iij. ⁊ dragāti. ʒ. i. ⁊ modicū ſiru
pi viola. ⁊ cū aqua tepida dabis. inungaṫ ſtomac⁹ olco
roſato uł viol. Epitīa ualēs ad punctionē ⁊ dolorē ſto
maci ⁊ īceſionē qui fiunt propter co. ru. ⁊ cōtra uo-
mitū acre ualet ſi ſupra ſtomacū ponaṫ. ℞. ſanda. al. ⁊
ru. roſ. ana. ʒ. iij. ſpodij. galie maſticis ana. ʒ. i. ſ. oīa cō
tuſa coquātur ī ℔. i. ſuci ſolatri uſqꝫ ad medietatem:
quib⁹ collatis adde. ʒ. iij. olei roſ. deide coquātur quo
uſqꝫ ſolū oleū r̄maneat: ⁊ ſtomac⁹ inungaṫ. Aliud epi
thima ad idē optimū: valet. n. cōtra ſtomaci caloꝛē: et
epatis aduſtionē: co. ru. refrigerat: ac febricitātibus
ſubuēit. ℞ ſāda. al. et ru. pulueris ordei ana. ʒ. iiij. olei
ro. vio. ana. ʒ. ii. olei. mente: galie: boli. ar. cāphore ana
ʒ. i. fac. pul. quē cū mucilagine pſilij tēperabis et ſuco
ſempiuiue cibalarie uł ſolatri. dietētur ut ī dolore capi
tis ex co. ibi exreſcente facto dictū eſt. remedia ī caſu
hoc ſcripta fiāt prout videbitur expedire

¶ Capitulum. xij. de dolore capitis ex ſanguine in ſto
maco uel epate. et de eodem dolore propter indigeſti
onem et corruptionem cibi et potus in ſtomaco.

Uandoqꝫ dolor fit in capite ex ſanguine in
ſtomaco uel epate ſuperabundante: et ſi-
gna huius ſunt hec: quia eſt cum calore et
grauedine frontis et timporum et totius
corporis: et poſt comeſtionem magis augmētantur:
oculi rubeſcunt: vene timporum videntur eſſe plene:
pulſus plenus: vrina ſubruffa et ſpiſſa. Ille igitur do-
lor ſola minutione cephalice conſueuit curari. Si ve-
ro per hoc perfecte non curetur: epithimata: olea: et
unctiones: que in cura doloris capitis ex ſanguine exi
ſtente ibi dicta ſunt ſtomaco epati fronti atqꝫ timpo-
ribus applicētur: prout tibi videtur expedire: ut ibi di
ctum eſt dietentur: ⁊ eodeꝫ regie regantur. Quod ſi fi
at dolor capitis propter indigeſtionem ⁊ corruptio-
nem cibi et potus in ſtomaco: qđ ſepe accidit: et maxi-
me hominibus inordinante comedentibus: et biben-
bus more brutorum his ſignis certificabitur. dolor
fit maximus poſt cibuꝫ donec digeſtio fuerit celebra-
ta cum dolore ſtomaci accidia et eructuatione: et fit ip

ſe dolor maxime in uertice capitis cum repercuſſione
quadam. Curetur hoc modo. pa. poſt aſſumptionem
cibi et potus aquam calidam bibat in multa quantita
te. Prouocetur poſtmodum vomitus in eo: uel cum
vomitiuo pſiarche ſcarpelle: uel nicolai et ſimilibus.
Si vero pa. non fuerit habilis ad vomenduꝫ: aquam
calidam in qua cinamomum maſtix et ſemina aneſi et
feniculi cocta fuerint: poſt cibum bibat: et accipiat in
ſero aut in mane ieram pigram. Item diaciminuꝫ dia
calamentum: dianiſum: diazinzi. et huiuſmodi elec
tuaria ca. que dicturus ſum in paſſione ſtomaci ex in
digeſtione et frigiditate ſumat: dietetur ut dictum eſt
in dolore capitis ex melancolia facto. Electuariū op
timum de quo ſumere debet pa. ante cibum et poſt
in modum auelane: qđ mirabiliter uꝫ ad diſſoluenduꝫ
flegma acetoſum et uentoſitatem in ſtomaco exiſten
teꝫ expellit: flegma ſtomaci inciditiori odorem preſtat
bonum procurat digeſtionem: et mentem acuit ℞. zin
zi. maſticis cinamomi roſarum ſpice ana. ʒ. iiij. galan
ge piperis longi: aſſari: croci caſſie lignee ana. ʒ. vj. ſan
dalorum citrinorum ligni aloes cardamomi: cubebe:
maratri calami aromatici: nucis muſcate: capobalſa
mi: ſquinanti: coſti ana. ʒ. iij. galie: ſeminis baſiliconis
gariofilorum et mente. ana. ʒ. iij. ciperi. ʒ. iij. zinzi. ʒ. xx.
omnia pulueriʒata cum ſuco citoniorum et melle. q. ſ.
coquas quoſqꝫ ad ſpiſſitudinem deueniat. deinde ſpe
cies. ꝛ pul. apponantur et vſui reſeruentur ut dictū ē.
Pillule ante cibū et poſt optime: que multum iu
uant ſtomacum frigidum in digerendo. ℞ carui. leui
ſtici: aſſe cimini: origani: ana. ʒ. i. hec omnia terantur:
et buliant: et fiat apoʒima ex eis ſic ꝙ in vino al. et mel
le diſpumato bul. quouſqꝫ ad ſpiſſitudineꝫ deueniant:
ꝛ tunc ab igne remoueantur: ꝛ pul. iſtarum ſpecieruꝫ
amiſceantur ibidem ℞. caſſie lignee: gariofiloruꝫ: ſpi
ce: gentiane: agarici: ana. ʒ. iiij. ꝛ ſ. maſticis. ʒ. vi. roſ.
cinamomi: aneſi. ana. ʒ. iij tempera cum predicto apo
ʒimate: ꝛ fac pillulas in modum fabe: quib⁹ utatur an
te cibum ꝛ poſt. Alie pillule optime ante cibum ꝛ poſt
ad grauedinem capitis propter indigeſtionem cibi ꝛ
potus prouenientem. faciunt enim incontinenti dige
rere ꝛ bene aſſelare ꝛ ſatis ſunt vtiles arteticis yliacis
ꝛ retentioni vrine: ꝛ ſunt experte a magiſtro meo i om
nibus egritudinib⁹ nominatis. ℞ mirre: oppopona
cis: galbani: bdelij: armoniaci: gentiane ana. ʒ. quar
tum. ſeminis Juniperi. ʒ. xiii. aloes epatici. ʒ. xij. ſerapi
ni. ʒ. ſ. informentur in modum borobi: ꝛ dentur. v. uł
. vij. ante cibum ꝛ poſt ſecundum ꝙ videbitur expedi
re. Alie pillule ante cibum ꝛ poſt contra omnes corpo
ris moleſtias: ventrem ſoluunt paruꝫ ꝛ ſuauiter: ꝛ op
time digeſtionem procurant. ℞ ligni aloes: gariofilo
rum: nucis muſcate: cinamomi: zedoarie: carui: carda
momi: croci: zinzi. ana. ʒ. ij. reubarbari: reupontici: aā
ʒ. iij. aloes epatici quantum de omnibus conficiantur
cum vino veteri odorifero ꝛ optimo ꝛ informentur
pillule in modum cicerum ꝛ dentur. v. uel. vij. ante ci
bum ꝛ poſt. Alie pillule que valent etiam multum ſple
neticis ꝛ epaticis. ℞ roſ. viola. ana. ʒ. i. corticum mira
bolanorum citri. ꝛ indorum ana. ʒ. i. ſene. ſeminis por
tulace: lactuce ſcariole maſticis ana. ʒ. i. reubarbari:
ſpodij. ana. ʒ. i. macis. ʒ. i. aloes per medietateꝫ omni
um predictoꝝ. conficiantur cum ſuco feniculi: uel ab
ſinthij: ꝛ dentur ut ſuperiores. Et hec de paſſione ca
pitis ab aere calido uel frigido uel ab hu. aliquo ibi ſu
perexcreſcente: uel a ſtomaco ſiue ab indigeſtiōe ꝛ cor
ruptione cibi uel potus proueniente. de dolorem capi
tis facientibus bene dicta ad preſens ſufficiant.

Additiones. pillulis ſine quib⁹ eſſe nolo ute
batur magiſter campanus quottidie omni
die ſumendo duas uel tres in mođ cicerū.
℞. aloes epatici. ʒ. iiij. mire. ʒ. ij. croci. ʒ. i.
confice cum ſuco ro. Pillule per me compoſite laxa
tiue ante cibum ꝛ poſt contra infirmitates corporis ꝛ
moleſtias ꝛ ad doł. yliacum artethicum podagricum
paraleticum tremuloſum et hu. omnibus utiles ꝛ ex
perte ℞ interiorum coloquintide ſerapini electi. ana
. ʒ. ij. maſticis. ʒ. i. opoponacis galbāi. bdelij aſſe fetide
ana ʒ. ij. ꝛ ſ. confice cum ſucco cucumeris agreſtis: ꝛ
informentur pillule i mođ horobi. ꝛ dentur. v. uel vij.
in ſero.

## Capitulum. xiij. de paſſione oculorum. Et primo đ gutta ca. rubedine lipitudine ſiue obtalmia.

Cum de paſſionib⁹ oculoruꝫ auxiliante deo
meum propoſitum ſit tractare dico ꝙ hu
mo. quidam ſunt in capite naturaliter: qui
dam ſuperabundant: ſuperabundatium āt
quidā emittuntur per os. Unde fit os putridum: qui
dam per aures: vnde fit ſurditas: quidaꝫ per oculos:
vnde fiunt oculorum paſſiones que diuerſe ſunt: ꝛ di
uerſimode nuncupantur: prout inferius enarrabitur.
Cum. n. oculorum tunice ſint. vij. ut ait Jo. damaſ.
ſcire debemus ꝙ in qualibet tunica poteſt egritudo
generari ſecundū ꝙ inferius enarrabo. Primo itaqꝫ
de guta ca. ꝛ lipitudine ſiue obtalmia oculorum meuꝫ
eſt propoſitum tractare. Cū igitur quis habuerit ocu
los limpidos ꝛ rubeos: ita tamen ꝙ ibi non ſit ali
quid aut lacrimam ſepiſſime emittat: guta ca. ſiue ob
talmia nūcupatur: que proprie in prima oculi tunica
fit. Fit. n. ex ſuperabundanti colā. Et ſigna etiam co
lere adſunt: quia dolent oculi cum punctura ꝛ calent
cum intēſione ꝛ ce. ſigna colere adſunt. Et hec egritu
do niſi in pricipio curetur oculos depilare conſueuit
ſic quod facit palpebras cadere. Primo igitur ordi
nabo dietam pro omnibus egritudines oculorum pa
tientibus cum dieta ſit potiſſima res in curatione cu
iuſlibꝫ egritudinis. Sciat itaqꝫ vnuſquiſqꝫ ꝙ in ocu
lis pa. opꝫ ipſum cauere a ſalſis frixis acetoſis a vino
forti a ſole a vento a pul. a fumo a nimia comeſtione a
nimio ieiunio: a fletu ab ira ab aleo: ꝛ a coytu. Si fue
rit artis mecanice laboret parum. ſi litteratus parum
legat ꝛ ſpāliter ſubtiles litteras: quia ſubtiles ualde
nimiuꝫ intueri legendo: nocet viſui. caueat ne oculos
tangat manibus ꝛ cum neceſſe fuerit tunc ſuauiter cū
pecia ſindonis oculos tangat: ꝛ leuiter ſine fricatione
eos abſtergat. offas non comedat quia multum offen
dunt viſum. non lauet ſibi caput nimis ſepe: q2 ꝓpter
hoc multi perdiderunt viſum ante tempus nimium
lauando caput eorum. a pane azimo ſibi caueant ꝛ ab
omnibus cibarijs dure digeſtionis ꝛ groſſi. hu. gene
ratiuis atqꝫ viſcoſis. de legūibus nullum comedat ꝑ
terquam de brodio cicerum. ſtuffas non intret niſi in
quodam cāu quem ponit Gal. ſuper ampho. oculorū
dolorem meri potio aut lauacrum ꝛce. Uerba āt que
ibi ponit Gal. obmitto cā breuitatis. nō lauet ſibi ocu
los cum aqua frigida ſed tepida. Si lauentur cum vri

na propria in mane cum ſurgit a lecto: uel etiam ſali
ua propria multum confert oculis. panem bene co-
ctum ⁊ fermentatum ⁊ vnius uel duorum dierum re
centem comedat. vinum bene limphatum ⁊ clarum bi
bat. carnes pulinas ⁊ caſtratinas edinas capriolinas ⁊
auium preterquam in paludibus degentium. ⁊ come-
dant portulacas maluas ciceros cucur. lactucas bo-
raginem feniculum ⁊ ſimilia cum dictis carnibus co-
quiatis: comedat pruna dama. amigđ. vnum uel duo
mala aſſata in igne: oua in aqua proiecta: ſpargos bru
cos farum ordeum ⁊ granum coquinatū cum lacte
amigdal'. ⁊ ſimilia comedat: ⁊ ſic dietam quiſqʒ in ocu
lis pati. teneat quouſqʒ curatus fuerit: quia dieta po-
tiſſima pars eſt curationis non ſolum in paſſionibus
oculorum ſed etiam in alijs quibuſcūqʒ egritudinibꝰ.
Ad gutam ca. ordinata prius dieta ut dictum eſt: ordi
netur ⁊ detur omni mane ſirupus viol. ro. oxizachara
uel ſirupus acetoſus. poſt purgetur cum. ʒ. ij. mirabo
lanorum citrinorum uel cum ſero lactis ⁊ paruʒ dia-
gredij in pomo cocti: uel cum decoctione in capitulo
de dolore capitis ex co. facto ſcripta: uel cum pillulis
ibi ſcriptis. Et nota quia ut dicit Gal. in tractatu ſuo
de paſſionibus oculorum: nil debet oculis imponi niſi
prius purgatō cum ſtōia diuerſiua ⁊ potiōe precedat.
celebrata uero purgatione de hoc medicamine paruʒ
in oculis immitte: qđ oculos clarificat: lacrimas exſic
cat ⁊ lipitudinem aufert ⁊ gutam ca. remouet. accipe
ij. uel. iij. cimnalia: ⁊ ſtillādo mittas in eis agreſtam ⁊
ducas per eas ⁊ dimitte ſiccari ad ſolem: ⁊ ſic iterum
adde de agreſta: ⁊ iteruʒ in ſole ſiccentur: ⁊ ſic fac ter
uel quater ī die uſqʒ ad. ix. dies. poſt ſuperpone tot pu
gilos cineris quot ſunt de ipſa agreſta ſicca: ⁊ ſuper-
infundas vrinam pueri virginis ⁊ poſt ſuperpone ci-
nalia ⁊ dimitte ſic ſtare uſqʒ ad. vij. diem omni die pre
dictam vrinam recentem ſuper infundendo ⁊ deſican
do ea: poſtea hunc pul. abrade de ipſis cineribus ⁊ pa-
rum ex eo oculis immitte cū virga enea parua in mo
dum coclearis facta. Item ad rubedinem ſiue gutam
rubeorum oculorum. ℞ lapiđ lazuli ⁊ cum ipſo ⁊ al-
bumine oui ablue totiēs donec al. illud rubeū efficiatᷣ:
in quo infundas ſtupam ⁊ oculis ſuperpone. Ad ideʒ
tere antimonium ⁊ in panno inuolue ipſum: ⁊ ſub pru
nis ardeas ipſum ⁊ pul'. iſtum oculis immitte: uel cuʒ
aqua ro. miſce ⁊ utere. Aliud ad gutaʒ rubeam. ℞ uri
nam pueri virginis ⁊ vinuʒ equaliter ⁊ in ola rudi cū
ſaluia ruta ⁊ rađ feniculi ana bull'. quouſqʒ tertia ps
tantum remaneat: ⁊ ex hoc liquore tepido ter uel qua
ter in die oculos ablue: ualet ēt ad lipitudinem. Item
ad gutam ca. ⁊ rubeđ. ⁊ etiam ad lacrimas oculorum
ualet: accipe antimonium ⁊ ponas ipſum in aceto tri-
bus diebus ⁊ noctibus: deinde in paſta ordei ipſuʒ in
uolue: ⁊ ad ignem ardeas. poſt ipſum ſubtiliter pulue-
rizā ⁊ oculis immitte. Et nota ꝙ ex guta ca. naſcuntur
lipoſitas aut guta rubea: ſiue rubedo lacrima ⁊ fiſtula.
Item nota ꝙ cum guta iuuenem inuaſerit: ⁊ in eſtate:
debemus minuere eum de uena capitis iuxta manum
⁊ tunc cum tepida oculos lauare. Item ad guttaʒ ca.
ſiue rubedinem aqua roſ. ⁊ camphora ſimul miſcean-
tur: ⁊ in vaſe vitreo ſimul concludantur: ⁊ tribus die
bus ad ſolem ⁊ tribus noctibus ad rorem maneat: de
inde oculis imponatur: quia oculos mirabiliter pul
cros reddit ⁊ lipitudinem aufert. Aliud ad lipitudinē
oculorum. ℞ vnum bacile: ⁊ impone ibi biptita gra-
na piperis ʒinʒi. inciſi minutim: ⁊ fruſtrati inciſuʒ om
nia per tres dies ī vino albo dimittas latere: poſt parū
buliant in ſimul ⁊ oculis ſepe ⁊ ſepius impone in die.
Ad idem tere blaueam: ⁊ pul. eius ſimplicem uel cum
aqua roſ. mixtum oculis impone. Item ſucus cimarū
rubi. cum aqua roſ. ⁊ al. oui mixtus ⁊ oculis impoſi-
tus tollit lipitudinem. Item bletā tritam cum pauco
alumine mixtam fronti impone. Item ſucus paritarie
ſolus cum al. oui mixtus ⁊ oculis impoſitus idem ope
ratur. Aliud experimentum ad lipitudinem a me. eli-
xentur. ij. uel. iij. oua ⁊ extrahatur aqua de al. ouorum
ipſorum per expreſſionem cum pecia lini: ⁊ miſce cuʒ
ipſa aqua parum aque roſ. ⁊ ſuci cimarum rubi: ⁊ ocu
lis imponatur ter uel quater in die. Aliud ad idem ℞.
draganti gūmi arabici amidi. roſ. ana. ʒ. v. opij. ʒ. i. te-
rantur: ⁊ cum pecia lini oculis ſuperpone. Abluantur
oculi cū aqua roſ. uel pluuiali in aqua roſ. virides ſint
cocte. Aliud ad idem: ⁊ ſpecialiter quando col'a fue-
rit in cauſa: quod cognoſcitur per dolorem nimium
pūgitiuum ⁊ calorem oculorum ⁊ aſperitatem. ℞ ſi-
lium cuʒ aqua roſ. ⁊ albumine oui oculis imponatur.
Item licium cum aqua roſ. ⁊ lacte mulieris impoſitū
expertum eſt. mundificetur tamen prius corpus cum
decotione in dolore capitis ex co. facto ſcripta. Et ſi
materia fuerit ſan. fiat minutio đ cephalica: ul' đ vena
frontis: uel ſan. đ ſpatulis cum ventoſis extrahatur: ⁊
poteſt etiam mundificari ſan. cuʒ decoctione ſcripta ī
erint facte iſte paſſ. prouocentur menſtrua vel emoro-
ydes. Nam vt ait Ipo. in ampho. maniacis ⁊ nefre
ticis emoroydes innate bonum. Incidatur etiam ve-
na ſaphena: que eſt prope cauillam pedis: purgetur cū
pillulis de quinqȝ generibus: vel cum lotura in capi-
tulo de dolore capitis ex ſanguine facto a nobis dicta
⁊ eodeȝ regimine regantur: ⁊ in dieta regantur: ⁊ cuȝ
alijs: vt eſt dictum ibi. Quod ſi ex co. fiant iſte paſſ. de
tur ſirupus de fumoterre lactucas comedat qꝛ ſom-
pnum inducunt infrigidādo ⁊ humectando: ⁊ ſirupus
etiam de ſuco lactuce ⁊ decoc. earum ⁊ zuchari multū
confert. Emplaſtra autem ⁊ alia ſompnum inducē
tia: que in capitulo de freneſi ſunt dicta in hac cauſa fi
ant. Purgetur co. cum cartatico imperiali vel diaca-
tolicon: vel cum decoctione in capitulo de dolore ca-
pitis ex co. facto dicta. Et abraſo capite epithimata et
inunctiones ibi ſcripte in hac cauſa fiant: etiam cliſte-
ria ⁊ ſuppoſitoria ſecundum quod videbiꝛ neceſſariuȝ
fore faciatis. Iteȝ mal mercuri. roſ. viole lactuce fo
lia mādragore: ⁊ ſempuiue in aqua bulliant: ⁊ addito
pauco oleo roſ. vel viol. caput abraſum patientis ex
huiuſmodi aqua laueꝛ poptime: ⁊ ēt balneeꝛ ī huiuſ-
modi aqua: quia optime valet ī cauſa utraqȝ ſan. ⁊ co.
⁊ ſomnum inducit. Vltimum ⁊ ſūmū remediū ī ma
nia ⁊ mſia ex ſan. uel co. uel alijs humoribus qbuſcū-
qȝ facta fuerit eſt iſtud. uȝ ꝙ mundificato corpore cuȝ
catartico cōuenienti abraſo prius capite fiat hoc mo-
do cauteriū ī ſumitate capitis. incidaꝛ cutis ī moduȝ
crucis: ⁊ craneū pforetur vt materia ad exteriora exa
let: ⁊ multā emorrogiā patiatur ſan. qꝛ pa. quandoqȝ
hoc modo liberaꝛ per materiā exeuntē. Vel fiat ſolū
modo cauteriū ī ipſa capitis ſummitate: ⁊ teneaꝛ uul-
nus aptū: ⁊ poſtmodū cureꝛ ſecundū ꝙ ī cirurgia ple-
nius edocetur: ⁊ teneatur pa. in vinculis ab aliorū ho
minum leſione: ⁊ priuetur conſortio. hoc enim vltimū
eſt remedium in huiuſmodi egritudinib⁹: vt dixi. Ven
toſa etiam poſita in ſūmitate capitis multum valet vꝛ
cauterium in medio capitis factum ita ꝙ ex tranſuer-
ſo fiat: vt incipiat a prora capitis ⁊ finiat in ipſa. Qḋ
ſi he paſſ. fiant ex flegmate digeratur materia ⁊ purge
tur eodem modo ſicut dictum eſt in capitulo de dolo-
re capitis ex flegmate facto. Gargariſmata epithima-
ta inunctiones fomentatiōes ⁊ emplaſtra ibi ſcripta ī
hac cauſa fiant ⁊ dieta ſimili dictentur. Emplaſtruȝ
de rad brionie cum al. oui mixtis tritis ſupra medieta
tem capitis abraſi apponatur ⁊ ibi per tres dies tenea
tur. Comedat etiam radices enule cum aliquibus con
dimentis ſepe ſtomacho ieiuno. Vltimo his non valē
tibus fiat inciſio vel cauterium in ſumitate capitis ſe-

cundū precedētem doctrinā. Quod ſi ex melencolico hu. fuerit hec paſſio digeratur materia cū ſirupo d ſuco boraginis ⁊ ſene cū zucharo facto in eſtate. in yeme cū melle ⁊ iſte ſirupus ſcriptus eſt in capitulo epilēſie. Uel digeratur materia cū iſto ſirupo optimo. ℞. ſene thi epithimi' cuſcute ana. ℥. ſ. meliſſe boraginis bugloſe ca. ue. ana. m. i. florū boraginis. ℥. ſ. radicis feniculi ſpargi bruſci ana. ℥. ſ. mellis libr. i. ſ. in yeme. in eſtate vero in tātum zuchari: ſumat quolibet mane. ℥. i. ſ. de iſto ſirupo: in yeme cū ca. in eſtate cum frigida quouſq; materia fuerit digeſta qđ p vrinā cognoſcit que plus accedit ad ſpiſſitudinē dū materia ad digeſtionē appropinquat. ⁊ tunc purget cū theodoricon anacardi vel cū diaſene vel cū yeralogodion cum aqua de coc. epithimi ⁊ mirabolanorū indorū. Uel cū pillulis factis de yerapigra gal. ⁊ aloe. vel cū his alijs pillulis que ſpeciales ad hoc ſūt. ℞. lapid lazuli armoniaci ana ſene in triplo: ⁊ addito pauco pul. maſticis ⁊ bdelij ana informētur pillule. Uel cū his alijs pillulis ad hoc ſpecialibus ⁊ etiā ad quartanā cū fit ex humore mēco optimis. de qbus detur. ʒ. ij. ſi virtus fuerit fortis. ℞. epithimi polipodij ana. ʒ. iij. yerepigre Gal. ʒ. vi. mirabolanorū indorū. ʒ. iiij. agarici. ʒ. iij. lapidis lazuli: armoniaci ana. ʒ. ij. bene lauetur cū aqua dulci dictus lapis. cōtritis inde omnibus cōfice cū ſuco bugl. ⁊ detur. vel purget cū decoctione: quā in quartana vera dicā. Itē nota q i omni deſipiētia ſiue mania ſiue mēia: ex quocunq; fuerit humore: poſt purgationez debemus confortare cor ⁊ cerebrum cū electuarijs ⁊ alijs conuenientibus ſibi ſicut ſunt diarodon abbatis ⁊ diamargariton. Uel cū hoc electuario qđ confortat cor ⁊ cerebrū vt dicit vtētis eo. vnde multū vz oi egritudini ex melēcolia. facit. n. bonū odorē ori ⁊ mūdū colorē corpi ℞. roſ. ligni aloes folij. ana. ʒ. iij. macis nuciſmuſ. galāge. cardamomi maioris ⁊ minoris cinamomi croci ana. ʒ. i. ſ. ciperi margaritarū. ana. ʒ. ij. zuchari libr. i. ſ. conficiātur ⁊ detur ad modū caſtanee cū vino ca. i yeme: cū frigida in eſtate: ⁊ vz miro modo ad omnia ſupradicta. Electuarium aliud magiſtri mei: quod dicit electuariū: letificās. cōfortat. n. cerebrū cor epar ⁊ teſticulos inducēs leticiā ⁊ etiā ad coitum valet mirabiliter. ℞ roſarum rubearū ciperi. ana. ʒ. v. gariofol maſticis ſpice aſſari. ana. ʒ. ij. cinamomi. ʒ. iij. croci. ʒ. ij. macis cardamomi maioris ⁊ minoris. ana. ʒ. i. nucis muſcate. ʒ. i. ſ. meliſſe florum boraginis rad ligue bouis deſiccate in vmbra rad gariofilate folij indi oſſis de corde cerui ariſtologie lōge ⁊ rotūde margaritaruz perforatarū ⁊ nō perforatarū dragāti ana. ʒ. ii. terātur omnia ⁊ cribelentur optime: deīde radices predicte ⁊ herbe coquātur optime cū lib. i. embilicorū i libr. viij. aq vel in ſuco boraginis: qđ eſt melius ſatis: donec tertia pars remaneat: deinde collētur ⁊ cū melle coquantur vſq; ad ſpiſſitudinē ⁊ tūc pul. ſpecierū admiſceatur cōmouendo cū ligno ſalicis quouſq; icorporētur omnia perfecte. vltimo aromatizet cū. ℈. i. muſci. ⁊ detur vt precedēs electuariū. Dietētur iſti ſicut pa. dolorem capitis ex melencolico humore facto vt ibi ſcriptū eſt.

Epithimata vnctiones ⁊ emplaſtratiōes ibi ſcripte in hac cā fiant. Item abraſo capite fiant fricationes ⁊ fomentationes: ⁊ lotio capitis ex aqua decoctōis ca. meliloti: camo. ordei excorticati ⁊ nenufaris. Item poſt digeſtionem balneentur in aqua tepida dulci ita tamen q nō ſudent. ſed ſtatī cum ibi parū ſteterint exeant. Ultimū vero remediū: vt dixi in hac ſpecie ⁊ i omnibus alijs eſt per cauterium ſecundum precedentem doctrinā factū. Item nota q in omni deſipientia ſiue mania ⁊ melēcolia diſtinctū ſignum perfecte curationis eſt. cū pa. incipit habere aſpectū ſuauem ⁊ humilem. Cū vero aſpectū crudelē ⁊ horribilem habeat: ſcias ipm adhuc nō eſſe curatum. Itē nota q coitus p interualla multū prodeſt omnibus maniacis ⁊ mēicis: ⁊ pulcras mulieres amplecti ⁊ tāgere: ⁊ ſecū iacere: et verba ſolatioſa audire: inſtrumenta muſicalia ⁊ voces amenas in cātu audire: ⁊ coram ipo pulſar. hec omnia mirabiliter valent omnib' deſipientiam ſiue maniaz ⁊ melācoliam habentibus. Et ſpecialiter magis competunt hec his qui patiuntur has paſ. propter nimiam abſtinentiā: ſicut ſūt iſti religioſi monachi vidue ⁊ huiuſmodi. Etiam nimiū ſtudētes q ppter huiuſmodi ſtudiū ⁊ aīe paſſiōes ⁊ abſtinētiam fiūt maniaci ⁊ melēcolici. Qđ ſi ppter rerū vel pecunie amiſſionē fiant he paſ. apponatur multitudo pecunie corā eis: ⁊ medicus cū amicis ⁊ cōſanguineis pa. ordinet q dicta pecunia videatur apportari per debitores ſuos: vel etiā donata. Hoc. n. modo vidi in partib' meis quendam feneratorem auariſſimum: qui multā pecuniā amiſerat curari. Inducat etiam gaudium ⁊ leticia ſecūdum modū precedētem: quoniā in hac ſpecie ⁊ in omnibus alijs multū valet, pterq; quādo fit ex ſanguine: quia tūc nō debemus gaudium uel leticiam inducere. Qđ ſi materia fuerit in ſtomaco pa. mūdificet cum vomitiuis partim ⁊ partim cū medicina laxatiua. Et ſi in alijs locis fuerit. Pillule cochie vel pillule de ſerapino dentur ⁊ cliſteria acuta ⁊ huiuſmodi. alia que dicentur in capitulo de colica ⁊ iliaca fiāt prout expedire videbitur. Minutio etiā ſaphene ⁊ minutio ante balneatione fiat. Qđ ſi pp morſum canis rabidi hec paſ. fuerit generata infra diē. vij. mori cōſueuit īfirmus. tn̄ faciamus id qđ poſſumus dātes tiriacā ul metridatū cū decoc. arthemiſie uel mēte ⁊ ſupra morſuz apponatur empl'z: qđ i cura morſus canis rabidi dicturi ſumus.

a Additiōes. ſirupus magiſtri ioānis de peruſio ad generādum leticiā ⁊ ad cōfortatiōez cordis ⁊ cerebri: ⁊ etiam ad corruptionem memorie ⁊ ad multa alia. ℞ ſerici crudi. ʒ. ij. ſe. baſiliconis triti: ſe gariofilate: foliorū citri ana. ʒ. viij. corticū malicidonij: corticū citri. ana. ʒ. ij. rad. ligue bouis. vij. numero ⁊ foliorū. libr. ij. zuchari libr. iiij. aq roſ. lib. i. maſticis. ʒinzi. galāge zedoarie ſpice. ana. ʒ. iiij. ligni aloes: gariofilorū nuciſmuſ. terre amare ana. ʒ. ij. muſci. ℈. i. ambre. ℈. i. ſ. fiat ſirup' ⁊ exibeat.

¶ Capitulum. xxvij. de vertigine ⁊ ſcotomia.

u Ertigo ſiue ſcotomia: eſt euolutio ſpiritus ante oculos. vel uertigo ſiue ſcotomia ē obuolutio cerebri cū ſpiritus viſiblis ipedit. Et habet fieri hec paſſ. ex aliqua materia exiſtente in ipſo cerebro uel a ſtomaco veniente. dum. n. fumus ab ipo ſtomaco reſoluitur ex aliqua materia ibi exiſtente veniens ad uerum obticum: obturat ipm neruum: vnde ſpiritus anialis eſſentialiter venit vſq; ad locum illum ⁊ eſſentialiter immutatur. vnde cum fumoſitas eſt in neruo obtico ⁊ ſpiritus animalis venit per ſpiritum illum neruum impellit ⁊ fit motus giratiuus: vt patet in impulſione duorum uentorum: qui

dum equales ſunt in motu terre circuitū mouentur. Et hoc modo fit vertigo ſiue ſcotomia. Si fit a cerebro hec paſſ. patitur grauedinē capitis ⁊ ſonitū auriū ⁊ turbationē cōtinuā: odoratus defectū ⁊ alioꝝ quinqꝫ ſenſuum. videtur eis ꝙ omnia ante eos poſita circū uoluantur. maxime ſi aquā fluentē reſpiciāt aut ſi maximo curſu incedūt. Ideo quādoqꝫ ī terrā ſubito cadūt quādoqꝫ in flumine uel in puteo ſi ibi eſſent propinqui uel de pōte ſi illac trāſirent. Si vitio ſtomaci fiāt he paſſio. propter fumos ab ipſo ſtomaco reſolutos peten/tes cerebrū: abominationē in ore ſtomaci ſentiūt ⁊ dolorē cordis ⁊ tremorē ⁊ maxime leduntˀ poſt cibum. Scotomiā quādoqꝫ poſt cibum patiuntˀ ⁊ quandoqꝫ nō. quandoqꝫ vomunt: quandoqꝫ triſtes ⁊ macri fiūt et ſi cito non curētur maniaci uel epiletici fiūt. Si ex hu. capitis fiat hec paſſ. ſan. fiat minutio tēpore calido de cephalica brachij dextri: hieme vero ⁊ tpe frigido ď vena eadē ſiniſtri brachij minuanẗ. minutione celebrata detur mel roſ. cū aqua decoc. ſe. aneſi ⁊ feniculi ⁊ quicūqꝫ humo. in cerebro abundauerit: hanc paſ. faciens: digeſtus prius purgetur ſecūdum ꝙ in capitulo de dolore capitis ſeriatim ſcriptum inuenies: ⁊ obtarmitum naribus apponatur. Quod ſi ex flegmate in ſtomaco exiſtente fiat: digeratur materia cū oximelle ſquilitico. deinde purgetur ⁊ prouocetur vomitus ſecundum doctrinam in capitulo de dolore capitis ex flegmate exiſtente in ſtomaco facto ſcriptum eſt. Et cataplaſmata facta ſtomaco applicētur. Ciminum bacce lauri maſtix ⁊ abſinthium in vino dulci infuſa ſtomaco applicentur dentur pillule ante cibum ⁊ poſt. Et remedia predicta in capitulo predicto preſcripta in hac cauſa fiant. Quod ſi ex co. in ſtomaco exiſtente fiat prouocetur vomitus cū aqua frigida. ⁊ purgeẗ ſi fuerit neceſſe cū triffera ſaracenica ⁊ diaprunis oximelle ⁊ ſimilibus: ſecūdum ꝙ in capitulo de dolore capitis vitio ſtomachi ex co. ſupabundāte facto diximus. Si pp ſtomachi frigiditatē ſiue hu. vitio fiat deẗ diatritō pipeō diaciminū diacala. diazinziber gariofilatū potio muſcata ⁊ ſilia. Si pp corruptionē cibi vel potˀ venenoſi fuerit hec paſ. ſtatim prouoces vomitum: poſt vomitū des tyriacā uel metridatū cū ſuco arthimiſie uel mēte. No. igiẗ ꝙ huiuſmodi paſſ. egritudinē ex quacūqꝫ cā fuerit in ipo caſu pedes ⁊ manˀ fortiter fricari debēt ⁊ aqua roſ. uel ſaltē vinū vel ſimplex aqua frigida faciei dꝫ aſpergi. pedes ⁊ crura eorū aqua marina fortiter lauetur: vel cū aqua mixtiōis ſalis fuliginis ⁊ aceti. ⁊ odorifera naribˀ apponātur: ⁊ pedes ēt ⁊ manus lauenẗ cū aqua decoc. abſinthij ⁊ facies eorū. dietenẗ vt ī caplo de dolore capitis diximˀ diſtinguēdo hūoꝝ ſupabūdātiā: mulieribˀ vō mamille fricenẗ.

Additiones. ēplaſtrū factū ex celidonia plātagine hedera arborea cū aceto et oleo camo. cōfectū: capite abraſo appoſitū omnē uertiginē tollit. Itē mica panis ī vino cidoniorū īfuſa data patiēti ad comedēdū ieiuno ſtomaco multū ualet ꝯ uertiginē. pbatū. Emplaſtrū factū de rutha ſquilla ſerpilio ſaturegia cepe ana. triris īſimul: et cū oleo camo. et melle cōfectū ītīcta lana ſucida ⁊ tepidū capiti raſo appoſitū omnē uertiginē tollit miromodo. Quidam paſſus uertiginem multis temporibus uſus multis medicorū cōſilijs ad me venit: cui feci fieri clericatā magnā ī ſumitate capitis: et feci balneaꝛ mltis vicibˀ ī die clicatā cū aqua decoc. roſ. florū camo. ⁊ corpore mundificato priˀ: cū pillulis cochijs conualuit. Item no. ſanū remediū ⁊ ſūmū experimētū cōtra vertiginē ⁊ ſcotomiā quādo cum omnibˀ ſupradictis remedijs pa. nō liberatur. Incidātur due vene non pulſatiles que ſunt poſt aurem. Et quidā faciunt ibi cauteriū: ⁊ ſum expertus. Quidam patiebatur tantam inſenſibilitatem in capite pp frigiditatē ⁊ fluxum reumatis a cerebro: ꝙ etiam ſi caput pungebatur ei cum acu: non ſentiebat. uel etiam cum infuſione aquę bulite non ſentiebat et pluribus eſt vſus concilijs medicorum. In vltimo cum nihil proficerent ſibi remedia cūcta uſus eſt concilio magiſtri mei: qui fecitˀ capellum de urticis ſaracenicis: et totum caput eiˀ ſic circumuolutum per noctem ſtare permiſit. Mane vero diſcoperuit et reperit totū ipſum ueſicatum et plenum ueſicis: que omnes erāt flegmate replete. aperuit eas et exiuit inde multum flegma: et ſtatim cepit ſentire pa. Poſtea inunxit ſuper ulcerata loca de unguento conſolidatiuo et liberatus eſt patiens.

Capitulum. xxviij. de defectu memorie et de iuuantibus memoriam.

Ad euidentiam eorū que circa defectū memorie ſum dicturus. Scire nos oꝫ quoniā mētis operatio eſt triplex. prima eſt fantaſia. Secunda rationalis. Tertia memoria. Et cerebrū duas habet partes quarū vna dicitur prora. altera pupis uocatur. Et prora in duas partes diuiditur: et vnaqueqꝫ illarum eſt maior pupi tota. Et cōiungitur prora cum pupi immediatate p quēdam ventriculū q ab anathomicis nominaẗ uētriculˀ quartˀ q ē cōmunis utriſqꝫ et duo uētriculi mutāt aerē pre: et excoquūt ipſū: et dāt idē ſpiritū cerebro animalē: ut faciat quīqꝫ ſenſus vidēdi odorādi audiēdi ⁊c. et iterū fātaſiā. deinde tranſit ad aliū locum: qui eſt in medio cerebri qui eſt cōlor: et tranſit ſpiritus animalis iā ſubtilis mūdificatus et clarus plus ſpū: qui fuerit in prora cerebri ut faciat rationē et intellectū: et habetur in capite uentriculi medij cerebri: qui eſt inter prorā et pupim: pars ſubſtātie cerebri ſimilis neruis: et uocāt eā anathomici pineā aſcendens et deſcēdēs: et eiˀ aſceſu aperiẗ foramē: et eiˀ diſceſu claudiẗ. et cū aperieẗ ſpūs aīalis tranſit a prora cerebri ad pupim: ⁊ hoc no. fit qñ neceſſariū eſt recordari obliuioni rē traditā: vel retinere q̄ nolumus obliuiſci. Et qdam philoſophus dicit ꝙ vētriculus pupis preſtātior eſt oībus vētriculis cerebri: qm̄ nō venit ad eū ſpūs aīalis niſi ſubtilis clarus ⁊ mundificatus: qꝛ opus eſt recordatiōi ⁊ retētiōi claritate ⁊ ſubtilitate: vt recolligat res pteritas ex longo tpe. ⁊ ſi non aperiaẗ illa via vt trāſeat ſpūs ad pupiꝫ cerebri nō reminiſciẗ hō rei: ⁊ nō rñdet ſibi interrogationibus factis. Et q hñt apitionē huius velocē iſti ſunt prudētes ⁊ velociter rñdēt: vt ſunt qdam colerici. ⁊ q hñt hmōi vie aperitionē pigrā ⁊ tardā: iſti ſunt pigri ⁊ duri ad adiſcēdū: ⁊ rñdendo nimis cogitāt: ⁊ hi ſūt vt plurimū flegmatici ⁊ melēcolici. dicit enī Gal. mentē ⁊ itellectū ⁊ diſcretionē nō facit niſi tēpantia ſpūs aīalis: q eſt in pupi cerebri. Et ſi iſte ſpūs q eſt ī pupi cerebri patiẗ leſionē pdiẗ memoria: aut minuiẗ: ſi pdiẗ vocari pōt obliuio pfecta. Et ſi minuiẗ vocari pōt obliuio ad tempus. ⁊ dicit Gal. ſi eſt mēs prompta ⁊ intellectus interius ſignificat ſubſtātiā cerebri mundam ⁊

ſubtilem eſſe. Et nõ prompta mens ⁊ intellectus ſigni ficat qꝛ ſubſtantia cerebri imunda groſſa eſt ⁊ plena. Et non velox ad adiſcendũ vel retinendũ ſignificat: qꝛ ſubſtantia cerebri pigre recipit ſubſtãtiam rei in ſe. Et bene retinere ſignificat qꝛ ſubſtãtia cerebri hꝫ modera tam ſoliditatẽ. Et tarde retinere ⁊ diſcere ſignificat qꝛ ſubſtantia cerebri dura eſt ad recipiendũ formã rei in ſe. Defectus igitur memorie ⁊ ẽt litargia de facili fiũt in oĩbus hñtibus ſubſtantiam cerebri liquidam ⁊ non hñtem ſubtilitatem neqꝫ firmitatem. ¶ Patiť itaqꝫ memorie defectum ſemper ex frigiditate: ⁊ iſta frigidi tas aliqñ eſt ſimplex: ⁊ aliqñ mixta cum humiditate ⁊ ſi eſt cum humi. nimis dormiũt. ⁊ ſi eſt cũ ſiccitate: eſt qñ venit egritudo cũ vigilijs nimijs. Si fuerit amiſſio me morie ex materie ſiccitate abraſa poſteriori celula capi tis in qua viget memoria fomentetur cũ aqua decocti onis floꝝ camomille aneti ⁊ ordei ſcorticati ⁊ meliloti ⁊ hec fomentatio ẽt ꝑ totum caput fiat ⁊ frequenter. ⁊ cibaria electuaria humectantia ⁊ reſtaurantia dentur. ſomnus ꝓuocetur in eis ſi fuerit neceſſe: ⁊ aliqua cli ſteria leuia ⁊ humectantia ſi opus fuerit fiant. Qđ ſi ex nimia frigiditate vľ humiditate vel ex flegmate fiat hec paſ. digerať materia cũ oximelle ꝯpoſito vel ſquil litico vel de radicibus raffani facto. Si humor eſt melãcolicus in cãcum aqua ſe. feniculi ⁊ aneſi digera tur. digeſta materia purgetur cum pillulis in tractatu de dolore capitis ex flegmate facto ſcriptis vel cũ pil lulis cochijs vel cum fine quibus eſſe nolo vel cũ pil lulis ipo. vel cum iſtis pillulis. ℞. ierepigre galieni ie ralogodion ana. ℥. iij. pulpe coloquintide. ℥. ij. caſtorei ℥. i. ſ. piretri. ℥. i. conficiantur cũ ſuco ſeniculi. ⁊ denť ℥. ij. ex iſtis pillulis: vel purgetur cum ierapigra galie ni theodoricon anacardinum: vel cũ iera craci: vel cũ iera archigenis ⁊ ſimilibus: hec enĩ oĩa cerebrũ mũdi ficãt ab illo chimo: q impedit memoriã. fiant igiť gar gariſmata mundificãtia cerebrum a flegmate in capi tulo de dolore capitis ex flegmate facto dicta. ſternu tationes ꝓuocentur cũ pipere euforbio cõdiſi eleboro albo ⁊ ſiĺibus. Cliſtere ẽt ſi opus fuerit fiat. incidatur vena q̃ eſt in medio frontis ſi virtus ⁊ etas ꝑmiſerint: ⁊ ſan. ƀm vires extrahať ab ea: qꝛ ƀm dictuꝫ ipo. poſte riora capitis dolentia inciſa vena que eſt in medio frõ tis ſolutio fit. Et qꝛ in poſteriori parte capitis iacet memoria pp hoc cõfert. Aliqñ ẽt apponanť ventoſe ſi ne ſcarificatione colli. Jnungať poſterior pars capi tis ex vnguento facto ex oleo lentiſſino vel ſinapino ca ſtoreo pipere al. ⁊ ſe. ſinapis ⁊ piretri. Jnungať ẽt ca put ex oleis temperate calidis vt yrino muſcelino ca mo. caſtoreo ⁊ ſimilibus. Sternutatio prouocata hoc modo miromõ valet ad memoriã recuperãdam ⁊ ẽt ad litargiam. accipe fel gruis ⁊ miſce cũ oleo ſambuci no: ⁊ in huiuſmodi liquore intinge pẽnã galine ⁊ in na ribus imitte. Et ſternutatio hec in die pluribus vicibꝰ ꝓuocetur: qꝛ mirabiliter valet. Jtẽ ſi detur. ℥. ſ. de anacardis cõtritis vel de melle anacardino. ℥. ij. recu perãt memoriã deperditam de proprietate ſua. Quidã ſapiens dicit ꝙ ponas linguã vpupe ſuper obliuioſum ⁊ memoriã recipiet. Et de ꝯfectionibus ab huiuſmodi paſ. valentibus eſt proprie confectio anacardina: ⁊ ea que flegma reſoluũt ſicut eſt tyriaca minor triſera ma gna diatriton pipereon diarodon diagalanga emoro ſia ſotira ⁊ ſimilia: ⁊ de cõferentibus ad hoc miromõ

eſt antidotum magiſtri mei qđ cõfortat mẽteꝫ ſiue me moriam ⁊ confert litargi. ⁊ obliuioni: ⁊ cõfortat ſtoma cuꝫ ⁊ oĩa debilitata mẽbra a flegmate: qđ eſt. ℞. ʒinʒi. galange maſticis cimini origani añ. ℥. vj. nuciſmuſca te caſſie lignee calai aro. aſſari folij ligni aloes macis ſe. apij ameos ana. ℥. ij. thuris maſculi gariofiloꝝ car da. ʒedoar. piretri caſtorei caſſie piperis longi ⁊ nigri coſti cipi ana. ℥. iij. mente ſicce. ℥. iiij. terantur ⁊ pulue rizentur oĩa ⁊ admiſceanť cum amigdaleon: ⁊ pone pe nidioꝝ. ℥. xx. ⁊ mellis diſpumati. qđ ſufficit. Jtẽ deť confectio anacardina que his paſ. ſpãlis eſt ad memo riam enim cõfert: mentẽ qdem reuocat: litargiã curat: artheticos ⁊ emoroydas melencolicos ⁊ flegmaticos curat q̃ ſic fit. ℞. mirabolanoꝝ ẽblicoꝝ belicoꝝ pipis al. ⁊ longi. ana. ℥. xij. ʒiʒibe. mellis anacardi ana. ℥. viij. caſtorei ſtoracis gariofiloꝝ añ. ℥. v. floꝝ camo. baccaꝝ lauri ciperi añ. ℥. iij. ʒuchari. ℥. xx. mellis. q. ſ. dentur he confectiones in ſero cũ vino calido decoctionis ſe. fe niculi ⁊ aniſi ad quantitatẽ parue nucis: ⁊ caueãt a fri giditatibus ⁊ a cibarijs flegmaticis ab ira coitu ⁊ ebri etate. hec enim cõfectio acuit ingenium ⁊ ſenſum ⁊ in tellectum clarificat: ⁊ eſt confectio ꝓ ſapientibus ⁊ ꝓ illis qui deſiderãt ſcire. Anacardi aũt anteq̃ꝫ in me dicinis aliq̃bus ponantur debent in hunc modũ ꝑpa rari. accipianť anacardi ⁊ optime teranť in mortario: ⁊ in aceto fortiſſimo ponãtur ⁊ ibi ſtent diebus ſepteꝫ poſtea lento igne in predicto aceto coquãtur quouſqꝫ tertia pars aceti remaneat ⁊ colla fecem illã q̃ in fun do vaſis remãſerit aceto extra collato ⁊ in medicinis pone. nunq̃ꝫ enim anacardi debent in medicis poni ni ſi prius hoc modo preparenť. Qđ ſi mel anacardinuꝫ facere volueris pone cũ ipſis anacardis cum predicto aceto coctis tantundẽ mellis diſpumati: ⁊ buliant am bo ſimul vſqꝫ ad ſpiſſitudinẽ ⁊ habebis mel anacardi num: qđ in predictis egritudinibus operať mirabiľr. ¶ Puluis quẽ dominus fedricus imperator fecit com poni de ꝯſilio multoꝝ ꝑitoꝝ ⁊ ꝓbatoꝝ viroruꝫ ⁊ phi loſophoꝝ: quo vtebatur in cibis cõtinue valet contra amiſſionẽ memorie ex quocũqꝫ humore fuerit: ſcoto miã vertiginẽ: defectuꝫ viſus ⁊ auditus oẽm guttã ⁊ paryſim repellit ⁊ ꝯ exceſſum oĩum humoꝝ vꝫ. ſed ꝑ ſertim ꝯ flegmaticũ ⁊ melencolicũ: renũ ⁊ inferiorum ꝑtium dolorẽ mitigat: ⁊ cerebri humiditates cõſumit ⁊ ingeniũ mirabiliter acuit. ℞. carui aniſi ameos pe tro. apij maratri betonice cimi calamẽti pulegij yſopi ſpice nardi piperis oiuꝫ añ. ℥. i. maiorane folij balſa mite ozimi cardamomi galãge liquiritie añ. ℥. i. ſ. fiat pul. ⁊ vtať in cibarijs ſuis eo qcunqꝫ vult predicta bñ ficia ſentire. ſed tñ plus ꝯpetit in yeme q̃ꝫ in eſtate pp exceſſuꝫ flegmatis ⁊ melẽcolie tunc tꝑis. ſ. in yeme ⁊ ĩ autumno abundantiũ: contra quorum exceſſum valet miromodo vt dixi.

¶ Capitulum. xxix. de catarro corriza ⁊ branco.

r Euma eſt nomen generale ad catarrum: co rizã ⁊ brãcuꝫ. Nã reuma eſt fluxus humoꝝ a capite vel cerebro ad inferiores ꝑtes cor poris diſtillãtiuꝫ. Cũqꝫ iſte humor ſiue hu miditas a cerebro veniens diſtillat ꝑ nares dř coriza. Cuꝫ vero ꝑ palatũ ⁊ vadit ꝑ canales pulmonis tũc ta lis diſtillatio vocať catarrus. Si vero ad fauces predi cta humiditas deſcendat: que qñqꝫ multum ingroſſat fauces tunc dicitur brancus. Et nota ꝙ iſte fluxus

humorū a capite fit ꝓncipaliter q̄nqꝫ de cauſis.ſ. ex a-
bundātia humoꝝ ꝑꝑ incōueniētiā effluentiū ex calor̄
diſſoluēte fumū faciēte ex frigiditate cōprimēte ex hūi
ditate lubricāte uł ex liqditate ⁊ fluxibilitate ipſorū hu
morum ⁊ ex debilitate contētiue virtutis.homo.n. ut
dicit philoſophus in libro de animalibus incurrit plu
res cās reumatis q̄ȝ cetera animalia. Incedit.n. cor-
pore ſuppino ⁊ eſt ſicut arbor euerſa.Nā arbor habet
radices ſuas ſub terra inferius ⁊ ramos ſuperius. ho
mo uero ꝑ cōtrarium portat caput ſuperius:in quo ē
radix neruorū ⁊ ſpiritus animalis.⁊ ramos habet infe
rius. Et iō de facili incurrit reuma ⁊ deſcēdit ꝑ mē
bra eius. Itē no.ut ait Ypo.in ampho.brāzi ⁊ cori-
ze in ualde ſenibus nō maturātur ⁊ ideo n̄ ſanātur ſed
multotiēs cōmoriunt̄ cū egritudinibus his.Et gal. in
cōmento reddit cām in hūc modum.dicit.n.ꝙ cū iſtē
egritudines in iuuenibus:qui ſūt fortioris ⁊ potētio-
ris virtutis q̄ȝ ſenes cū difficultate curantur: in ſeni-
bus nō eſt miruȝ ſi cōmoriunt̄ cum eis.ſicut etiā ī alijs
egritudinibꝰ frigidis ſicut artbetica podagra lapidis
renū ⁊ veſice ſciatica frigiditas inteſtinorū aſma tuſſis
gibboſitas epilētia appopleſia ⁊ huiuſmodi. Ille eni
egritudiēs ⁊ ſimiles eis nō ſolū cū difficultate ſanant̄
in valde ſenibus.i.decrepitis ut ait gal.Sed multoti-
ens moriūtur cuȝ eis ꝑꝑ cām dictā reumatis. Itaqꝫ
ex abūdantia humorū ꝓpter incōtinētiā affluentiū ſi-
gna ſunt hec.Adeſt facies ſubtumida:oculorū eminen
tia:ſupfluitatū per os ⁊ nares vel ꝑ oculos abundātia
⁊ quādoqꝫ ad fauces diſtillat ⁊ intus fluit:vt due ami
gdale in faucibus ad mēbra.vnde tūc fit quādoqꝫ dif
ficilis aeris atractio ⁊ anxia cū difficultate excreant.
Adeſt etiā capitis grauedo ⁊ habitudo plectorica . qđ
ſi ipm̄ reuma defluat ꝓpter calorē diſſoluētem. Adeſt
color ru.in facie:lachrime ad oculos uel ꝑ nares mor
dicantes:⁊ carnē quādoqꝫ videntur mordicare ſupra
quā cadunt:calor ſentit̄ in ꝓfundo: dieta vel potus ꝓ-
ceſſit:⁊ aer ca.⁊ cōplexio ca.ſi hec cōueniāt magis cer-
tificabūt te.Frigiditas cōprimens ⁊ cōſtrangens his
ſignis notatur.color ī facie palidus: lachrime frigide
ab oculis ſuper faciē deſcēdere ſentiunt̄. frigus ſenti
tur in profundo.pa.etiā fatetur ſe frigidis cibis ⁊ poti
bus vel a frigido aere leſum fore.fluxibilitas ⁊ liquidi
tas ⁊ humor lubricus in cā eē cognoſcūtur ꝑ multitu-
dinem humorū ſiue ſuperfluitatē per os ⁊ nares ⁊ ocu
los vel per pallatū ⁊ per liquiditatem eorū q: non co-
herent ſe naribus:ſed liquide ⁊ citiſſime affluunt ⁊ di
ſtillant.Si vero humorū fluxibilitas a cerebro veniat
ꝑꝑ virtutis cōtentiue debilitatē cognoſcit̄ per remoti
onē predictorū ⁊ precipue ꝑ ſenſuū ebetationē.Catar-
rus itaqꝫ ſiue coriza ex abundātia humorū ꝓprie per
educatiōem ſupfluitatū naſcit̄:⁊ dȝ in hūc modum cu
rari. Si agnoueris ſan. eē in cā corpore plectorico
exiſtente virībꝰ ⁊ etate ꝑmittētibꝰ fiat minutio de ve-
na cephalica:⁊ maxime ſi humores ad ſpūalia defluāt.⁊
hoc fiat cum humor calidus fuerit in cā.Et fiat aliqua
leuis purgatio colere ſi fuerit in cā cum decoc.aliqua
ſicut eſt illa decoc.quā poſui in capitulo de dolore capi-
tis ex ſan.facto:ſiue ex colera.Dicent̄ iſti ut ibi ſcrip-
tum ē:fiat aer artificialiter frigidus cū ſpongijs in ace
to infuſis circūcirca lectū ipius ſuſpēſis:cū aqua frigi
da diſtillādo de vaſe in vas: cū herbis frigidis per do-
mū aſperſis:fiat inunctio frontis ⁊ timporū cum oleo
vio.ro.nenuſa.mirtino ⁊ ſimilibꝰ.fiat fumigatō ſub fa
cie eius đ roſis vel violis in aqua roſata uł pluuiali co
ctis in vaſe coperto optime. Uel fiat fomētatio ex hac
aqua. ℞.roſaꝝ mirti.ana.℥.i. laudani olibani maſti-
cis ana.℥.ß.coquātur in aqua roſarum vel pluuiali:⁊ et
facies pa.lauetur ſiue fomentet̄ cum hac aqua. Itē
odoret roſas camphoram vel aquam roſatā : vel duo
pomella ex laudano ⁊ ſe.ingelle puluerizato facta ī ma
nu teneātur:⁊ ſepe ⁊ ſepius mutando de manu in ma-
num odoret ipſos:q: mirabiliter cōferunt.Qđ ſi ſic ſi
reſtringatur ipe fluxus:detur rubea vel reges vel dia
olibanū:⁊ pillule alique reuma conſtrigentes:quas in
ferius dicam.Quod ſi ſit de frigida ⁊ humor frigidus
in cauſa noſcitur eē corpore exiſtente plectorico pur-
getur cum yerapigra galieni.vel yeralogodiō:vel pil
lulis aur. vel de quinqꝫ generibus ⁊ huiuſmodi in ca
pitulo precedenti dictis.poſtea detur rubea vel aurea
alexandrina cum vino decoc.olibani.dieta calida iniū
gatur.vinum odoriferum bibant:fomententur frōs ⁊
⁊ nares ⁊ timpora hoc modo.℞.palearum ordei faſci
culum.i.ceneris apij laud.ana.℥.i. olibani.℥.ß. omnia
in aqua pluuiali buliant:vł quod melius eſt in vino ru
beo in vaſe optime obturato:⁊ cum pa.intrat lectum:
fumum recipiat ex eo:in predictis locis vndiqꝫ bene
copertus:ſic ꝙ ſudet.deinde pedes eiꝰ vſqꝫ ad genua
⁊ manus vſqꝫ ad humeros ex eodem vino vel aqua
lauentur calido quantum pati poſſunt ⁊ bene ſe tene-
at copertum ⁊ calidum tota nocte . Et ſumat aliquas
pillulas reuma reſtringentes:quas dicam inferius:uł
diaolibanum:vel aurea ⁊ ſimilia. Item pulueres ſa
cti ex laud.⁊ ſpica puluerizatis naribus eius immittas
vel pomum ex eis factuȝ in manibus teneat ⁊ odoret.
Item aliud optimum experimentum valens ad om
ne reuma frigidum:accipiantur duo vel tres lateres
⁊ in igne ponantur:⁊ fiant feruentiſſimi. deinde ſuper
aſpergatur eis vinum optimū purum rebeuȝ vel albū
⁊ fumū ſuper caput ſumat vndiqꝫ pannis coopertum
cum lectum intrabit pa.⁊ teneat ſe bene calidum. laue
tur caput ex aqua decoc.ſanſuci florum camo.pulegij
roris marini folij lauri ⁊ ſauine.poſt ſuffumigetur cū
ſtorace ligno aloes thure vel laudano ſupra prunas ar
dentes poſito. Item eſdra vel metridatum vel tyri
aca reſoluantur cum oleo muſcelino vel camo . vel cō
muni:⁊ addito pul.olibani ſtoracis calamite in moduȝ
emplaſtri in ſummitate capitis abraſa apponatur . de-
inde ſacelletur caput ex bacis lauri pulegio ⁊ origano
puluerizatis ⁊ in ſaculo poſitis. Item ſi fluxus reu-
matis fuerit ex humore lubricante predicta remedia
valent predicto modo. Et hoc fomentum ybernici
ad hoc eſt ſpeciale ⁊ expertum.℞.laudani ſtoracis ca-
lamite olibani ⁊ ſpice ana. pulueriza ⁊ in aqua pluuiali
vel roſa.vel in vino optimo de concilio meo quod me
lius eſt bul.⁊ fumum pa.in facie vel ore recipiat pan-
nis vndiqꝫ coopertus.hoc enim ſuffumigium humo-
res inſpiſſat ⁊ fluxum reumatis prohibet:⁊ eſt ſatis ex
pertum. Item inungatur ſumitas capitis ex oleo
communi in quo ſit decoctus maſtix:⁊ hoc dicitur ole
um maſticinum.quod in hac cauſa valet mirabiliter.
Item nota ꝙ tranglutire grana tria olibani puri al.
⁊ electi in ſero cum homo intrat lectum reſtringit om
nia reuma a cerebro diſtillans ⁊ cerebrum multuȝ con
fortat. Pillule optime ad reſtringendum omne

reuma a cerebro fluēs ⁊ cerebrum multum confor-
tant. ℞. ambre ligni aloes laudani thuris maſculi ſto-
racis calamite mire ana. ʒ. i. croci opij thebaici ana. ℈.
.i. muſci. g̃ iij. conficiatur cum vino optimo ⁊ in mo-
dum parui ciceris formentur pillule ⁊ dentur. vij. in ſe-
ro quia mirabiliter reuma reſtringūt: ⁊ ſpecialiter ma-
gis dantur i cauſa frigida: ⁊ ſūt expte a magiſtro meo.
¶Pillule alie ſimiles a meo magiſtro experte reſtringē-
tes omne reuma: ſiue a cauſa frigida ſiue a cauſa cali-
da procedat ipa diſſolutio. ℞. mirre: radicis cinogloſe
deſiccate. ana. ʒ. vi. olibani. ʒ. v. iuſquiami optimi opij
ana. ʒ. iij. maſticis ſuci liquiricie ſtoracis liquide. ana.
ʒ. ij. conficiantur cum mucilagine gūmi draganti ⁊ de-
tur. v. vel. vij. in ſero. Alie etiam pillule ad hoc experte
℞. radicis cinogloſe exſiccate mirre. ana. ʒ. iij. opij. ʒ.
ſ. confice vt predictas. ⁊ detur. v. uel. vij. ¶Pillule alie
optime que omne reuma reſtringunt. ℞. mirre croci
thuris opij. ana. ʒ. i. temperentur cuʒ al. oui ⁊ vna poſt
aliaʒ transglutiatur: vel vna earuʒ teneatur ſub ligua
alia deglutita. ¶Pillule etiam ex gūmi arabico amido
⁊ rubea trociſcata facte ſi teneātur ſub lingua: ⁊ ibi diſ-
ſoluantur et fumus ab eis diſſolutus petat cerebrum
miromodo inſpiſſant humores et omne reuma reſtri-
gunt. Emplaſtrum expertum qđ ſi poſt mundifica-
tionem cerebri fronti et timporibus applicetur: et ibi
per plures dies portetur: reſtrigit optime reuma a ce-
rebro fluens ſiue ad oculos. naʒ oculorū lacrimas eti-
am antiquiſſimas potenter reſtrigit. ℞ mirre thuris
cimini aloes epatici maſticis boli ar. ana. ℥. ſ. ſan. dra.
℥. quartam. terantur omnia et temperent̃ cū al. oui: ⁊
ſupra peciam lini extendat̃: et fronti et timporibꝰ ap-
plicetur ut dixi quia a magiſtro meo et a me pluries
hoc emplaſtruʒ in omnibus predictis cauſis eſt exper-
tum. Aliud emplaſtrū ad omnia ſupraſcripta. ℞ oli-
bani maſticis gūmi arabici boli ar. ſan. dra. gūmi dra-
ganti terbentine ana. ℥. quartā. cōfice cū al. oui et fron-
ti et timporibus applicabis quia valet tantum quantū
predictum emplaſtrum. Et nota ꝙ ſi predicta remedia
ſuperius dicta ſemel exhibita effectum optatum non
habuerint: debent ſepe et ſepius iterari: quia nō ſem-
per feriet quocunqʒ mouebitur arcus. Cura magiſtri
mei ad brācos: ſumat quolibet mā̃ melicrati. ʒ. j. ſ. cū
aqua iſopi ⁊ parū agarici. ⁊ hoc faciat per dies. viij. di-
etam competentem tenendo. poſt in die octauo in ſero
cum intrat lectū ſumat. xvij. pillulas cochias groſſas i
modum cicerum nigrorum. poſt vtatur aurea alexan-
drina ⁊ pliris arcoticon ſecundum deſcriptionem in
antidotario particulari poſitam. Itē ponantur due
vel tres gute olei nucis in naribus pa. cum intrat le-
ctum. ⁊ ſit ca. Item emplaſtrum fiat ad brancos et
ad vue relaxationem mirabile ⁊ in ſumitate capitis ab-
raſa ponatur quod. ℞. ſe. ſinapis baccarū lauri mirre
olibani tartari calamite cinamomi. ana. ʒ. i. terant̃ om-
nia ⁊ coquantur cum melle. q. ſ. ⁊ ea emplaſtrentur vt
dixi probatum eſt. Item cauterium in branchis fa-
ctum eſt bonum. Ad idem gargariſmata. ℞. gallarum
balauſtiarum cinamomi. ana. ʒ. ſ. peperis piretri ana. ʒ.
iij. bul. in aqua vel in vino al. optimo ⁊ gargarizet.
Aliud ad idem. ℞. vini veteris aceti mellis. ana cum
his bul. piretri piperis ʒinʒi. ſtaphiſagrie balauſtie ana
ʒ. ſ. Et ſi cum his omnibus non curantur branci. Re-
currendum eſt ad cirurgiam: ⁊ extrahende ſunt ille a-
migdale generate in faucibus: que nominātur branci.
⁊ de hoc traditur perfecta doctrina in cirurgia bruni
⁊ rogerijꝰ parmenſis.

Additiones de reumate. nota ꝙ ſi caput ple-
ctoricuʒ ſit: ante omnia precedat purgatio:
a nec ſit lotio aliquarum partium: nec prouo-
cetur ſternutatio: ſiue ſit cum fe. ſiue ſine fe.
nec apponantur diſſolutiua in principio: nec detur acu-
ta: nec vinum forte: pigmentum: nec que magis diſſol-
uunt q̄ʒ conſumunt vt piperata nec acetoſa: quia tuſ-
ſim prouocant ⁊ fluxum ad pectus. omnia que bibun-
tur comeduntur ⁊ tanguntur deberent eſſe actu ca. p̄-
cipue aer debet vitari repletio cibi ⁊ potus: nocturna
cena: ſompnus prolixus: quo nihil magis reuma acuit
⁊ lumen: ⁊ fumus precipue. Et ſi eſt de cauſa ca. parti-
bus conuenientibus fiat flebotomia in apparentibus
ſanis ⁊ non in principio. In frigida cauſa nunquaʒ.
niſi reuma antiquum ſit: ⁊ tendens ad digeſtionem nō
fiat minutio: ſimiliter dico de medicina laxatiua. Qđ
ſi humor melencolicus ſua multitudine ſtet ⁊ impedi-
at digeſtionem non detur. Si igitur cauſa fuerit fri-
gida digeratur cum ſuffumigijs ligni aloes thuris ca-
laī aromatici laudani ⁊ fiat ſuffumigatio ex ro. gar. de-
coc. in vino. fiat ſtupha ex ligno aloes ſtorace ⁊ lauda-
no. Et poſt ſtupham bibat de vino laudani quod valet
in vtraqʒ cauſa. Uel fiat ſtupha cum folijs lauri gario-
filorum ⁊ roſ. vnguatur caput oleis ca. vt laurino mu-
ſcelino ⁊c. poſſunt autem fieri ſtuphe ex herbis odori-
feris vt origano mentaſtro pulegio ⁊c. ſuffumigetur
cum ſeminibus maratri petro. carui aniſi ⁊ cātabri cū
aliquo horum materia incipiente inſpiſſari poſt ſtuphā
detur aurea alexandrina cum vino decoct. thuris et
maſt. vel diaolibanum cum vino: poteſt etiam ſuffumi-
gari de aſpalto aſſa fe. ſarapino oppoponaco. Uel bom-
bace uetuſtiſſimo ⁊ accenſo ⁊ extincto. Uel olibano ſo-
lo: de quo etiam grana tria ſingulis noctibus data cō-
ferunt: quia ex ſubſtantia glutinoſa contingit ⁊ ex aro-
maticitate confortat ⁊ digeſtionem prouocat: bonum
hanelituʒ reddit: eructationes acetoſas amputat.
Item ſtupha fit ex vino decoc. roſ. gariofilorum ⁊ ma-
ratri. poſt ſtupham de vino radi. aſſodil. contritaruʒ et
cum modico oleo vel vino mixto calefacto cataplaſme-
tur quia corizam ſoluunt. ruſtici alcum coctum exper-
tum habent. Naſum balſamo vel muſco inungāt. opti-
mus enim eſt balſamus in hac cauſa. ⁊ tyriaca cuʒ au-
rea valet. pillule de cinogloſa valēt ad acre ⁊ tenue reu-
ma ⁊ antiquū. ℞. mirre. ʒ. vi. olibani. ʒ. v. opij iuſquia-
mi cinogloſe radicum ana. ʒ. iiij. temperētur rodoſto-
mate. i. aqua roſarum ⁊ formentur pillule in modum ci-
ceruʒ. dentur. v. eunti dormitum. valent etiam ad reu-
matiſmum dentium emoroydarum ⁊ veſice. dentur ſe-
mel in ſeptimana vel bis: ⁊ teneantur ſub ligua donec
diſſoluātur. ſpica nardi prohibet reuma ⁊ confortat ce-
rebrum. In coriza ⁊ ſtrictura narium ⁊ priuatiōe odo-
ratus fiat ſuffumigium quod ponitur in diuiſionibus
raſis capitulo de coriza in antidotario. ℞. coſti olibani
vncis ana. admiſce ſtoraci liqđe ⁊ fac formas ſimiles
auelane vel miſce cū laudano. eſt. n. nobile medicamē:
cū ex eis ſuffumigiū fit cum traiectorio. Sacellatio ex
pul. mēte facta capiti actu ca. frigidū reuma cōpeſcit.
Similiter de camedreos fit ⁊ eſt optimum in catar-
ro frigido. Ad molitiem reprimendaʒ. flores roris

marini coquantur in aceto vel vino cum quo gargariſma fiat: vel maſticetur olibanum. vinum etiam decoc. olibani conſumit humiditatem faucium. maiorana capiti calida ſuperpoſita valet contra frigidum reuma. Sacelatio de iſopo trito cum teſta calefacto capiti ſuppoſito valet contra catarrum frigiduz ꝛ vue caſuz. Et gargariſmus ex aceto decoc. yſopi valet ad catarrū ꝛ vue caſum ſi de cauſa frigida ſit. hoc medicamen alexandri valentiſſimum eſt quod ex. iiij. metallis componitur ſcilicet calcanto. i. calcadis. quod eſt de cipro velut eſt vitriolum ru. calatheos calcecumenon ꝛ miſceas ana quodlibet ſigillatim per ſe teratur. ꝛ cuz aceto miſce ſicca et tere cum vino donec glutinoſum fiat ad mellis ſpiſſitudinem: deinde mitte in ola noua cooperta et line luto et pone in furno: vt ardeat et carbo fiat: tere ꝛ cū vino miſce ꝛ amigdalas facias: et iterum aſſa tere ꝛ pul. ſerua. hoc eni datur ꝛ mox conſumit per canulam inſuflatus. hali in diſpōne regali inquit cōtra reuma. poſtq̄ʒ illud quod exit per nares ceperit inſpiſſari duc pa. ad balneū: ꝛ non prius ꝛ caue at frigus. Et lapis molaris in igne fortiter calefactus irroretur aceto. ꝛ pa. fumum per os ꝛ nares ſi recipiat fluxum omnem illum amputat. Item ſulfur aceto irroretur: ꝛ ſupra dictum lapidem vel tegulam ignitā vel ſuper prunas proiciatur. ꝛ pa. fumum per os ꝛ nares recipiat. quia hec eſt optima cura ad catarrum vel corizam. Item cum quis ſubito infrigidatur frica plantas pedum eius fortiter cum aleis tritis q2 multum valet vt dicit macer. Item cum infrigidatio ſubito inuadit hominem teratur. ℥. ſ. piretri ꝛ ʒinʒi. ℥. quartam ꝛ cum vino ꝛ melle ana. ʒ. v. bulliant paruz in vaſe mundiſſimo: ꝛ addita maratri. ʒ. i. detur illud totum in potu: quia hoc etiam cor confortat ꝛ pulmonē.

Sirupus ad medendum reuma quod a capite deſcendit ad pectus pulmonem ꝛ ſtomacum. ℞. ſuci ſtipitum caulis ru. vel ſaltim alioꝝ depuratorum ꝛ bene deſiccati cum ouorum albumine ꝛ purificati libr. iiij. ʒuchari libr. ij. ſ. ſi eſt cum febre. ſi eſt ſine fe. mellis diſpumati libr. iij. decoquat̄ vſq; ad pfectā decoctionē. da ex eo omni die. ℥. ij. cū aqua paſſularum enucleatarū ficuum ſiccarum iuiubarum ꝛ radicum feniculi. valet etiā ad raucedinē vocis. Et ſi ipe catarꝰ currit ad pulmonē ꝛ pectꝰ īdiges medicinis iſpiſſātibus ipm pōc cū dicto ſuco caulium decoctionem factā ex gūmi arabico ꝛ draganto. ꝛ ſe. malue biſmalue cidoniorum ana ʒ. ſ. liqritie ꝛ ſuci eiꝰ iſopi praſij. ana. ℥. i. ordei mūdati fenugreci ana. p. i. ſuci ſcabioſe depurati lbr. ij. ſe. cōium frigidorum: roſarum ſm q̄ videt̄ expedire. Item potus aque calide in introitu in balneo maturat catarrum ſicut dicit heben. Frigidum catarrum ſiſtit ſuffumigatio naribꝰ attracta ex thure xilobalſamo ꝛ ſandaraca mixtis vel diuiſis. Item nigelle ꝛ coſti pul. atractio p nares ipſius vel cuiuſcunq; ipſorum vł am borum: vel ſuffumigatio eorum eſt mirabilis ſm Meſue. Item olibanum vel mirra deglutita in moduz trium granorum cicerum vel vinum decoctionis ipſorum ꝛ ſandarache in potu ſumptū vel in ore retentū mirabiles ſunt ad frigidum catarrum ſecundum eundem. Pillule ad idem. ℞. olibani partem. i. mirre croci ſpice ſtoracis ana partē. ſ. opij partem vnius tertiā: fiant pillule ſicut fabe: ꝛ vna ex eis teneatur in ore per noctem donec deglutiatur paulatim cum ſaliua: quoniam mirabiliter prodeſt ad catarrum: ſiſtunt enim ꝛ ſunt experte. Item ſola ſpica retenta in ore per noctem aut per diem ꝛ noctem catarrum ſiſtit. Pillule magiſtri mei experte contra vitium reumatis ex repletione. ℞. aloes epatici. ℥. i. brionie aſſari mirre diagredij boni cocti in pomo ana. ʒ. ij. confice cum ſuco feniculi ꝛ da. v. in modum hirobi formatas quolibet ſero: ꝛ valent ad reuma oculorum ꝛ aquam deſcendentem ad oculum probatum. Pillule quibus vtebatur papa alexander ꝛ rex ante cibum ꝛ poſt cibum quolibet die que miromodo valent ad catarrum: viſuz clarificant: auditum corroborant: ſuperfluitates a corpore expellunt: ꝛ ſine immutatione diete accipi poſſunt. ℞. calami aromatici cubebe nuciſmuſcate ſpice epithimi. carpobalſami ſqnanti maſt. aſſari gar. ana. ʒ. ij. interiorum coloquintide. ʒ. iij. mirabolanorum citrinoruz chebuloruz embilicorum indorum belliricorum ꝛ reubar. ana. ʒ. ij. agarici turbith. ana. ʒ. ſ. aloes epatici ad pondus omnium. confice cuz ſuco feniculi ꝛ fac pillulas in modum horobi. ꝛ. v. vel. vij in ſero da. Pillule poſt cibum ꝛ ante cibum ad catarrum ꝛ digeſtionem confortandam: viſum acuūt ꝛ ſtomacum a ſuperfluis purgant humoribus. ℞. nucis muſcate ſpice croci ligni aloes galange cardamomi cimini ʒinʒi. gariofilorum ʒedoarie cubebe macis ana. ʒ. i. reubarbari. ʒ. xiij. aloes epatici ꝛ cicotri boni. ʒ. xxvi. confice cū vino bono puro ꝛ vnge cum oleo laurino ꝛ amigd. ꝛ fac pillulas in modum horobi: ꝛ da. v. vel. vij. eunti cubituz: ꝛ poſſunt dari ſine immutatione diete. Pillule mirabilis efficacie contra reuma ſecundum magiſtrum fernellum piſanū. ℞. mire olibani limature calibdis ana. ϶. iiij. opij. ʒ. i. ſe. iuſquiami papaueris nigri ana. ϶. iiij. piperis al. ϶. v. ſpice radicis cinogloſe ana. ʒ. i. ſ. macis. ϶. ij. gariofloꝝ anthos folij galbāi ana. ʒ. i. ſtoracis ʒinʒi. cardamomi piperis nigri. ana. ʒ. ij. ſ. ſe. portulace papaueris al. pſilij bdelij maſt. dragāti. mandragore. ana. ʒ. i. fiāt pillule ꝛ iformētur cū ſuco abſinthij vel cinogloſe ꝛ dent̄ in ſero. v. vel. vij. in modū horobi poſt mundificationem cum ierapigra vel ſimilibus.

## Capitulum. xx. de paſ. aurium. ꝛ primo de ſurditate tinitu ꝛ ſonitu.

Cum diuerſe in auribus fiant paſſiones. ꝛ ex aliqua cauſa ibi incidente ꝛ puſtulis ſiue carbunculis ibi naſcentibus: vł ex humoribus frigidis ꝛ viſcoſis: vel ex groſſa ventoſitate vel ex vermibus ibi cadentibus vel natis quibuſdam cauſis tinitus ꝛ ſurditas accidat de his oibus videamus ſed pmo de ſurditate. Surditas ieueterata cronica raro aut nūquam curatur ꝛ ſpecialiter in ſenibus ꝛ etate prouectis. Et dico hoc propterea quia vidi pueros quoſdaz in quibus ſurditas inueterata fuerat ꝛ curati ſunt per magiſtrum meum cum curis ſubſcribendis. Si igitur in pa. ſurditatem humores ca. noueris abundare: digeras materiam cū oxiʒachara vel cum ſirupo acetoſo. deinde euacuetur cum pillulis de quinque generibus. vel cum pillulis reubarbari. ſecūdum magiſtrum meum que. ℞. corticis mirabolanorum citrinorum chebulorum indoruʒ ſe. fumitere ſeſcariole ana. ʒ. ſ. tamarindoruʒ polipodij quercini caſſie fiſtule. ana. ʒ. ij. ʒuchari viol. ʒ. ſ. maſticis. ʒ. i. bdelij ʒ. ſ. reubarbari. ʒ. ſ. diagredij i pomo cocti. ʒ. ij. fiāt pillule i mod ciceris pui: ꝛ dent̄ ex ill. ix. vł. xi. plꝰ vł mi-

nus ſecūdū vires ſuſcipiētis: vel cū pillulis ſic factis. ℞.roſ.reubarbari maſticis ana.ʒ.i.aloes cicotrini vel epatici.ʒ.iij.diagredij in pomo cocti ℥.vi.ꝯficiātur cū ſuco abſinthij: ⁊ dent.ix.vel.xiij.ſecundū vires. valēt ēt ad dolorē capitis ⁊ ſtomaci. Quod ſi forte diſpoſitio corporis fuerit ſanguinea ⁊ plectorica fiat minutio de vena cephalica ⁊ ſan.ſecūdū vires extrahaf: pᵒ mūdificationē cerebri inſtillef i aure ſucus granatorū acetoſorꝫ tepidus qñ nil actu frigidū dꝫ auribus applicari. Jtē recipiat in aure vaporē aque ca.i qua bulf. anetū camo.ſanſucus ⁊ melilotū: ⁊ ex hac aqua lauef caput ſibi aliqñ. Jtē fel arietis cū tantūdem butyri mixtum calidū auri infundaf. Quod ſi ſurditas ex frigidis fuerit humoribᵒ ſumat oī mane.℥.i.ſ. oximellis cōpoſiti cū aqua in qua yua betonica ⁊ ruta capraria ⁊ radix feniculi buliant.poſt.x.dies vel qñ materia fuerit ad digeſtionem preparata: ſumat.ix.pillulas cochias vel ſecundū ꝙ tibi videbitur qñ vadit dormitū. deinde ſequenti die fiat fomentatio i aure ex aqua ca. decoc.ſticad abſinthij origani pulegij ſanſuci mētaſtri ⁊ frōdiū lauri. ⁊ hēat vas i q̊ ille herbe buliāt os lōgū ⁊ ſtrictū: deīde i ore vaſis ponaf cāna ꝑforata ab vno capite ⁊ ab alio capite ponaf i aurē vt vapor ille bñ ītret aurē. pᵒ iſtud colirīū auribᵒ tepidū iniciaf. ℞.coloquintide.ʒ.i.baurac.℈.i.caſto.ariſto.lon. ⁊ ro. ſuci abſinthij. ana. ʒ.ſ. coſti.℥.xv.euforbij.℥.x.fellis vacini. q.s.ad oīa ꝯficienda: fiant trociſ. ⁊ vnus ex eis diſſoluaf in oleo amigdalaꝝ amaraꝝ ⁊ frequenter auribus iniciaf. Jtē.ij.vel.iij.gute olī camo.vel ſambucini ī quo bulierit.℥.i.euforbij inſtillate auribus mirabiliter valent. Colliriū expertum ꝯtra antiquam ſurditatem. ℞.aloes.ʒ.i.maſticis ſe.rute ſinapis croci garioſoloꝝ ana.ʒ.ſ.mellis.q.s.īponatur ſepe cū pecia ī aure vna guta. ¶Pillule experte ꝯtra ſurditatem ⁊ tinitū auriū. ℞.galbani ſerapini oppopona. mire bdellij maſticis olibani ſtoracis calamite.laud.opij ana ꝯfice cuꝫ ſuco cinogloſe cū piſtello ca. ⁊ fac pillulas in mod horobi:d quibus des. ix.vel.xi. ¶Potes ēt in hac cā aliquando abluere caput cū aqua ſulfurea ca.vel cuꝫ aqua decoctōis ſauīe pulegij origani abſinthij ⁊ rute. ¶Purgenf ſepe iſti ſurdi ⁊ poſt purgationē def aurea metridatū vel diaolibanū cum vino de octionis olibani.

Jtem oleū camo.muſcelinū ſambuci.petroleū laurinū pulegium vel ſaltem cōmune bulitū in malo terre concauo vel cū cepe concauo vel cū ſuco ruthe vel arthie mixtū ⁊ tepidū auribus īſtillatū miromodo ad ſurditateꝫ valet. Jtē ſucus ruthe fel yrci vrina pueri virginis ana mixta ſimul ⁊ in aure ſepe ⁊ ſepius inſtillata miro modo valent. Quidā dixit mihi ꝙ plures ſurdos qui ēt p.xx.ānos non audiuerant curauit hoc modo.primo mūdificabat corpus cū medicina cōuenienti: deinde aureā ⁊ diaolibanuꝫ dabat ⁊ faciebat ſuper aurem vaporem aque cum decoc.herbarum calidarum quas ſupra ſcripſi: ſi materia erat frigida. Et ſi materia faciens egritudinem erat ca. ponebat herbas frigidas: vel ſolum cum aqua ca.ſimplici fomētabat aureꝫ: poſt de hoc vino auribus inſtillabat ſic preparato. ℞.elebori al.caſtorei piretri nitri ana. terātur omnia: ⁊ in optimo vino buliant quouſqꝫ fere totum vinuꝫ conſumatur. Et tunc coletur per pannum ⁊ parum ex eo auri ca.apponaf: ⁊ teneatur ibi per horam.

¶Poſtea prouocetur ſternutatio cum puluere elebori al.vel condiſi vel piperis ⁊ ſimilibus. Et cum incipit ſternutare pa.teneat ſe fortiter per nares: vel ab alio teneatur ſic ꝙ per nares ſpirare non poſſit cū ſternutat.cuꝫ hoc enim plures antiqui ſurdi pro certo curati ſunt. Experimentū aliud bonuꝫ ⁊ laudatum ad ſurditatem: accipe aquā vel ſpumā emanantē a capite fruſtroꝝ fraſini in ignē poſitoꝝ.ʒ.ij.mellis diſpumati ℥.i.ſuci ſquille recētis ſuci ciclaminis ſuci rute ana.℥.i.buliant oīa inſimul vſqꝫ ad ꝯſumptionē medicatis ⁊ de hoc tepido parū i aure ſana mittaf. ⁊ pa.iaceat ſuper aurem ſurdā: qr multū vꝫ. ⁊ ē cōpoſituꝫ a me hoc coliriū ⁊ probatū ad tinitum ⁊ ſonitū auriū: cum quo qñqꝫ ē dolor capitis.cūqꝫ opillatur auris piſtētur rutha ⁊ hedera terreſtris ⁊ ligef circa frontem. Jtem ciminū cum butyro mixtū ⁊ aqua calida auribus īmiſſum ventoſitatē ⁊ tinitum aurium tollit. Jtem vrina pueri virginis cu melle diſpumato mixta miromodo valet. Jtē fel leporis cū adipe anguille vel ſucᵒ hedere cū vino albo bono valet. Jtē ſucus ruthe cum butyro vel lardo tepido auribus īmiſſus vꝫ mirabiliter ad oīa predicta. Aliud optimū ad idē expertū. ſummitates lauri ⁊ ſpica nardi in vino optimo buliant: ⁊ pa.ſurditatē tinitum ⁊ ſonitum in auribus per canulā fumum recipiat qr valet ad omnia ſupradicta. ⁊ etiam aque infuſio in aure ⁊ ad mundificationem ſaniei auris miro modo vꝫ. Aliud ad grauitateꝫ auditus ſonitum ⁊ tinnitum aurium. immittantur in aure.ij. vel iij.gute d hoc medicamine. ℞.cimini.ʒ.ij.olei amigd amararū vel de nucleis perſicoruꝫ.ʒ.ij.elebori albi.ʒ.i.ſ.caſtorei.ʒ.iij.aceti quantum ſufficit.terenda terantur: ⁊ oīa buliant inſimul paꝝ ⁊ colētur ⁊ de huiuſmodi colirio tepido pa.in aurem iniciatur bis vel ter in die quia mirabiliter valet. Et nota ꝙ ſemper antequam ad huiuſmodi colirīa ⁊ medicamina particularia accedamus: prius debemus corpus ab humoribᵒ nociuis mundificare ſi virtus etas ⁊ regio ⁊ conſuetudo permittant. Et poſtea predicta colliria in remedio pluries iterare ſi vna vel duabus vicibus effectus nō ſequantur. Nam durum lapidem gutta cadendo cauat.

a dditiones contra ſurditatem. ℞. cepe al. ⁊ concaua: ⁊ imple ſuco ſemperuiue ⁊ coque optime: poſtea exprime. ⁊ de illo ca. pone in aure quando vadit dormituꝫ. ⁊ de cepe fac emplaſtrum per.iiij.vel.v.dies ⁊ cū neceſſe fuerit vinum reſolutum in oleo amigdalarum amararuꝫ auri immittatur.vel cum oleo laurino: oleum de ſpica addito caſtoreo valet ſurditati ⁊ dolori aurium.oleum ſcorpionis tepidum iniectuꝫ ſepe.ſimiliter adeps vulpis vꝫ. Jn dolore aurium cum pulſatione flebotoma cephalicam eiuſdem lateris. Et impoſitio olei roſ. cum modico opij confert ad ſurditatem. Aliud expertum. ℞.ſuci panis porcini partes.ij.olei amigdal.partem. i. miſce ⁊ inſtillentur in aure qualibet nocte.ij. vel. iij. gute . oleum bulitum in vaſe ferri auribus iniectum tollit dolorem ⁊ pulſationem. Ad idem vermes terreſtres frixi in oleo ſi oleum ponatur in aure: ⁊ vermes emplaſtrentur valent. Jtem contra tinnitum aurium probatum eſt. ℞.ariſto.rotunde caſtorei euforbij ana.ʒ.ſ. coloquintid. ʒ. i. croci. ℈. i.ſaxifragie.granū.i. omnia ſubtiliter puluerizata in oleo amigd amaraꝝ ⁊ in ſuco abſinthij ponanf: ⁊ bu-

fiant donec tertia pars cōſumet: ⁊ in ſero cū vadit dor
mitum ter in ſeptima due vel tres gute in aure inician
tur: quia ſurdos adiuuat ⁊ valet cōtra ſonitum ⁊ tini-
tum ⁊ ſibillum aurium ſecūdum tadeū. Medicamen
contra ſurditatem inueteratā ⁊ poteſt ſeruari in ampu
la vitrea per duos annos ⁊ plus bene obturata ⁊ valet
precipue contra ſurditatem ex frigida cā. ¶Primo mū
difica corpus ſi fuerit plectoricū deinde .ij. vel .iij. gut-
tas de hac medicina tepida auribus inicias. ℞. ſuci cē
tauree maioris ⁊ minoris ſuci cepe ru. ſuci porrorū ſe
nationū aceti fortiſſimi ⁊ olei vetuſtiſſimi anā. deīde lū-
bricos terreſtres ⁊ oua formicarū ɔtrita in eis bulire
facuſqȝ ad cōſumptionē medietatis liquorū: ⁊ tunc co
lent ⁊ bñ exprimātur: ⁊ miſceat eis tertia ps mellis rub.
bene cocti ⁊ depurati ſiue deſpumati ⁊ aliquātulū ite-
rum buliti ⁊ in vaſe vitreo imponatur. Eſt enim mira
bile medicamē. Item ſi ſurditas fuerit ꝓpter opilla
tionē humorū coquātur fabe cum vino albo in pigna
to optime cooperto: ⁊ ſtatim dū deponunt ab igne fu
mus: q ab eis reſoluit per iniectoriū ī aurē recipiatur:
qr cito liberabit. Dixit mihi qdā predicator in vrbe ꝙ
## Capitulum quartum de ſincopi cardiaca ⁊ tremoꝛe coꝛdis.

q Uoniā ſincopis ſeu cardiaca plerūqʒ ſupue
nit febꝛicitātibꝰ: lʒ ét nō febꝛicitātibꝰ plerū-
qʒ ſupueniat: d ea ad pñs tractare ꝓpoſui.
Sīcopis igiꝰ ut ait Ga. é defectꝰ ſpūs ī coꝛ
de: ⁊ accīt ex multis cāis ſm ꝙ dicit Ga.i cométo illiꝰ
anſo. Qui exoluūtur foꝛtiter ⁊ frequēter ⁊c. dicit.n.ibi
dé ꝙ hec cōditio ſine māifeſta cā ſit bñ poſita ibidé ab
ipo. dicit.n. ꝙ qdā ſtetit diu ī bal. qd nō fuit calefactuʒ
ex bōis lignis ⁊ ſic ſincopiʒauit. Feīa qdā ét paſ. matri
cis moleſtata ſincopiʒauit ſeu exoluta é. ⁊ hoc nō fuit
in his cā ſubite moꝛtis: q̄ fecit eos ſincopiʒare. Sīco-
pis ⁊ exolutio ⁊ lipothoīa idé ſignificāt. ſūt.n. nomia ſi
nonima. fit ergo ſincop̄ ꝑ fluxū ſā. ꝑ nares: vl' ꝑ emoꝛo
idé: vl' ꝑ meſtrua: vl' ex nimio fluxu uētris: vl' ex vōitu
nimio: aut ex retétiōe meſtruoꝛū ul' emoꝛoidarū ātiqua
rū. Accīt ét ꝑꝑ nimiū ſtudiū: ⁊ illis q moleſtatiōibꝰ epa
tis ⁊ ſtomaci īfeſtāꝰ: ⁊ ex ſuffocatiōe mꝛicis. Accīt etiā
ſincopis ex paſ. aīe ut ex nimio gaudio: triſtitia: timoꝛ
⁊ ita ꝑꝑ nimiū gaudiū fit tāta coꝛd dilatio: ꝙ totus ca-
loꝛ naturalis expirat ⁊ exit de capſula coꝛdis: ⁊ ſic ſubi-
to quis moꝛitur. Et ſic moꝛtua é quedā dña ī lōbardia
cuius filius peregre ꝑuus iuit per mūdū: quem mater
credés fuiſſe moꝛtuū infra .xx. annos reuerſus ad ma-
tré: Epus vnius magni epatus fuit: de quo mater ī tā
tum gauiſa eſt ꝙ ſincopiʒauit: ⁊ moꝛtua é. Unde gall.
cum de patria ſua pauper ⁊ exul exiuiſſet cum rediit ad
p̄riam iuſſit patré ⁊ matrem certos fieri ꝙ redibat: et
timens ne pꝛopter nimiū gaudiuʒ ſincopiʒarent miſit
per aliū nuncium ꝙ de quodā pōte deſcendens frege-
rat ſibi crus. ⁊ ſic triſtitia ſecuta obſtitit: ne alter coꝛuʒ
ſincopiʒaret de gaudio. Aliquādo etiā ꝑꝑ nimium ti-
moꝛem fit tanta coꝛdis conſtrictio ꝙ ſubito quis moꝛi
tur. Similiter accīt ꝑꝑ nimiā iram ⁊ triſticiā. Item in
fe. multis multotiés ſupuenit ſincopis. Ité ſi qs ītret
⁊ moꝛeꝰ ī bal. qd calefactū fuit ex lignis venenoſis pōt
ſubito ſincopiʒare et moꝛi. Nam calor ignis inficit a-
quam: ⁊ aqua infecta inficit aeré: ⁊ aer īfectus cū attra
bitur per os ſubito vadens ad cor pōt inducere ſinco
pim pꝰ moꝛté ſua venenoſitate. Ligna aūt q̄ maxie ve-
nenoſa ſūt ſm Ma.meū ſūt arboꝛes habentes radices
que ſtāt ſupꝛa cauernas ſerpētum ⁊ alioꝛū aīalium ve-
nenoſorū: aut q̄ diu ſteterūt in locis putridis ⁊ fetidis
⁊ hec habét venenoſitaté nō pꝛopꝛiā ſʒ acquiſitaʒ. Aut
ſunt quedā ligna que ſunt a tota ſpecie venenoſa: ſicut

eſt quodam lignum qð dicitur laudrũ: qð in ſardinia
⁊ in cicilia ⁊ in ptibus marinis ⁊ inſul' maris: ⁊ in pluri
bus alijs locis reperitur ⁊ eſt ſimile illud lignum lauro
⁊ ſimiles frõdes habet de quo quidẽ hoies in naui exi
ſtẽtes fecerũt veru cũ puenerũt ad quãdam inſulã ubi
erat ſatis de illo ligno: ⁊ in ipſo aſſauerũt carnes: de q
bus quotquot comederũt mortui ſtatiʒ ſunt. Et ẽ her
ba quedã que dr̃ thorax que ẽ venenoſa tota ſpecie. Et
eſt quedã alia herba que dr̃ napellus: que eſt venenoſa
⁊ multa alia repiunt. Signa vero ſincopis ſunt hec. ca
dit pa. ſubito quaſi mortuus: ul' inuolũtari⁹ ſupra ter-
rã uel lectũ: ⁊ ſi ponas ſibi manuʒ ſup ptes adiacentes
cordi: nimia anxietas adeſt frequentia ſpũs ⁊ pulſus ⁊
diſpoſitio caloris. aliquãdo puatio ſelle ⁊ urine ⁊ cum
pa. icipit ſurgere parũ icipit urinare ⁊ aſſellare. Fit etiã
hec paſ. ex humore aliq̃ adunato in capſula cordis: qui
ſi ſit calidus adeſt tremor cordis: calor ⁊ ſitis ⁊ pulſus
frequens ⁊ hanelitus altus. Si frigidus adeſt tremor
cordis: pulſus rarus triſtitia: pigritia: abſq; ſiti. Si ita
q; ſanguis fuerit in cã fiat minutio de cardiaca. Si
colera uel fl̃a uel m̃ia in cã fuerit purgetur ſicut in ca
pi. de dolore capitis ex eiſdẽ cãis facto dictum eſt Si
pp plenitudinem cibi ⁊ potus fuerit hec paſ. prouocet
vomitus cũ vomitiſo nicolai vl' patriarche uel aliquo ſi
mili in ca. de vomitu ſcripto. ſi ppter triſtitiã ⁊ timorẽ
fuerit inducatur gaudium ⁊ leticia ⁊ inſtr̃a muſicalia
corã eis cõſtituant. Si propter nimiũ fuerit gaudium
inducatur aliqua cogitatio: uel dolor aliqs pronuncie
tur vt de amiſſiõe aliquarũ pecuniarum maxie: vel de
percuſſiõe alicuius parẽtis: ſicut fecit ga. pr̃i vt dictũ
eſt. Si ex nimio fluxu ſan. mẽſtruorũ nariũ vel ſimiliuʒ
ſupradictorum curentur predicte paſ. ſicut in proprijs
capitulis dictum eſt et dicetur. Et cibaria nutritiua: et
electa: et boni ſan. generatiua ⁊ reſtauratiua in precedẽ
ti ca. dicta dentur. his itaq; dictis ad ſpãles curas ſin
cop. ſeu cardiace veniam⁹. In ipo caſu cuʒ quis ſinco
piʒat ſtatim cum aqua ro. vel cũ aqua frigida ſimplici
in viſu ipſius aſpergatur ⁊ pedes ⁊ man⁹ ⁊ nares ipſi⁹
fricet cum pecia parũ infuſa in aqua ro. Itẽ ſtorax ca-
lãita in optio vino i ola rudi bul'. et pa. per os ⁊ nares
fumum recipiat. Item fac pa. fumũ recipe ex aſſa feti-
da ſuper carbones poſita per os ⁊ nares. Et ſi huiuſ-
modi fumum abhorreat ſpes boni ẽ. Item des in po-
tu modicum boni vini limphati cum aqua roſ. optima
⁊ odorifera. Nihil enim immediatius cõfortat cor ho
minis q̃ʒ vinum i modica quantitate ſumptum. et ex
illo vino lauentur teſticuli in viris ⁊ pudibunda in mu
lieribus: et petia lini infuſa in aqua roſa. ſuper cor ap-
ponatur. cum eſt tribus digitis ſub aſella ſiniſtra. dein
de remota pecia hoc empl'ʒ in predicto loco ſupra cor
appõat: vbi ſteterit pdcã pecia. ℞. ſanð. al. ⁊ ru. añ. ʒ.
quartã ro. ʒ. ſ. coral. al. et ru. añ. ʒ. ij. macis. ʒ. iij. muſci
. ℈. ij. pãis biſcoti torfacti ⁊ i optio vio iſuſi. ʒ. ſ. maio
rane. ʒ. quartã. cõfice cũ aqua ro. ⁊ ſucco bugloſe ⁊ ap
ponatur ſupra cor. Et hec oia pdcã debent fieri i ipſo
ipetu: cũ qs ſincopiʒauerit. ⁊ poſtea purgetur hũor ſe
cundũ ſcriptũ modũ: q fuerit i cã. Sirup⁹ optim⁹ i ſin
copi ⁊ cardiaca ẽt ſi fuerit cũ fe. ℞. ſuci boraginis: ſu-
ci bugloſe ⁊ ẽdiuie oium depuratorũ ana. ʒ. iiii. coral'.
al. ⁊ ru. ligni al'. añ. ʒ. quartã. margaritarum. been al. ⁊
ru. ana. ʒ. ii. ⁊. ſ. roſar. ʒ. ſ. macis. ℈. ij. oia pulueriʒata
i ſaculo lini ponãtur. ⁊ addita lbr. ſ. aque ro. ⁊ ſucis p-
dictis bul'. ⁊ addito ʒucaro fiat ſirupus: ⁊ adde ibi pa-
rũ cãphore. Itẽ dent' trociſci ẽt i hac cã expti. ℞. ſpo
dij. ʒ. iiii. ligni aloes galie muſcate añ. ʒ. ii. cardamomi
garioſi. ana. ʒ. ſ. cãphore. ℈. ſ. maxime ſi ſit febricitãs
⁊ nõ appõas ibi tũc garioſi. coralo. al. ⁊ ru. been ana. ʒ.
i. terãtur oia ⁊ cũ ſuco bugloſe cõfice: ⁊ detur vnus ex
iſtis trociſcis diſtempat⁹ cũ frigida ſi febricitauerit ſi
ſi cũ vino odorifero. Itẽ ſi nõ febricitauerit detur dia
muſcũ maius. detur pliris arcoticon: diambra: vel ele-
ctuariũ Io. damaſceni de gẽmis: qð ponitur i ãtidota
rio meſue in hac cã probatũ. Itẽ odorifera ⁊ aromati-
ca naribus apponãtur: ⁊ cũ ipſis ſternutatio prouocet
ſicut ſunt ambra. muſc⁹ ⁊ ſimilia. bal. ẽt ex herbis odo
riferis huic paſ. vtilia ſũt ſi ſine fe. fuerit. Sirup⁹ ma-
mei ad cardiacam ⁊ ſincopim ⁊ tremorem cordis opti
m⁹. ℞. foliorum bugloſe exſiccatorũ ro. fol'. ozimi cicerũ
ca. ue. garioſilate ana. ʒ. iii. granorũ cidoniorũ inciſo-
rũ. ʒ. viij. mandragore fruſtrũ vnũ paruũ: i quo ſint
herbe ⁊ radices. hec oia i. xv. lib. aq̃ bul. dõec tertia ps
remãeat: ⁊ collet ⁊ adde collatur vini bõi greci vl' alte
ri⁹ boni libr. viii. mellis al. diſpumati libr. ix. ⁊ i eis bu
liãt ſpẽs iſte i ſaculo lineo poſite. ℞. karabe trite ſerici
crudi ⁊ inciſi lapidis laʒuli loti ʒedoaria nuciſmuſcate
doronici. beẽ al. ⁊ ru. margaritarũ ſpodij berberis li-
gnial'. boni ⁊ crudi maſt. thuris añ. ʒ. i. hec oia pulueri
ʒata in ſaculo lini poſita i pdicto ſyrupo bul'. vſq; ad p
fectã decoc. ⁊ cũ fuerit prope decoc. aromatiʒetur cuʒ
. ʒ. i. muſci boni ⁊. ʒ. i. ſ. cãphore ⁊ utat eo quotidie. Itẽ
utant iſtis troci. ℞. maſt. ſpice xiloba. cinamõi garioſi.
nucis muſcate cubebe cardamõi ma. ⁊ mi. corticis ci-
tri oium ana. ʒ. ſ. muſci. ℈. ſ. cõfice cum vio optio. Si
febricitauerit dietẽtur ut iferius dicã. Si non carnes
galinarũ faxianorum pdicũ pulorũ colũborũ caprioloruʒ
⁊ ſil'iũ aſſatorũ cũ ſalſis huiuſmõi comedãt. aſſet mica
panis ſupra prũas ⁊ i aceto iſundat: ⁊ terat ⁊ pul'. cina
momi macis nucis muſcate garioſi. addat: ⁊ oia ſil' cũ
aceto ⁊ modica aqua ro. i pignato nouo bul'. ⁊ cũ pdi-
ctis carnib⁹ det. Alia ſalſa. roſmar. ſanſuc⁹ ⁊ mẽta terã
tur: ⁊ cũ cinamomo garioſi. ⁊ mica panis i aceto infuſa
⁊ cũ aceto diſtempata: des cũ dictis carnibus. loco ẽt
aceti poteſt poni ſuc⁹ citrangulorũ limõcellorũ ⁊ limo
nũ qð meli⁹ ẽ. vinũ odoriferũ bibãt modicũ limphatũ:
⁊ hoc dico ſi nõ febricitauerint. piſces ẽt ð locis petro
ſis quandoq; poſſunt comedere.

Capitulũ. v. de pleureſi.

Pleureſis ẽ apã naſcẽs i pellicul' coſtarũ ⁊ la
certoruʒ inter coſtas exiſtentibus. Fit itaq;
hoc apã quandoq; i uelamie coſtarũ. quãdo
q; in lacertis inter coſtas ⁊ in diafragmate.
Ad cuius euidentiã notandũ ẽ: q pect⁹ ex. xxiiij. coſtis
cõpoſitũ ẽ. inter quas coſtas ſunt lacerti q faciunt ad
cõſtringẽdũ. Aliq alij ad dilatãdũ pp attractionẽ aeris
⁊ furculorũ ⁊ ſupfluitatũ expulſionẽ: ⁊ quãdoq; uela-
mẽ ẽ coopiẽs ipſas coſtas. Unde fit quandoq; ipʒ apã
i velamine diſtincte: ⁊ tunc dr̃ vera. quandoq; in lacer
tis iter coſtas exiſtentib⁹. quandoq; i panniculo coopi
iente ⁊ tangẽte coſtas: ⁊ tunc in ſiniſtro latere ul' dextro
⁊ nõ vera dr̃. Signa ergo pleureſis ſunt hec. q fit
ex ca. hu. ⁊ adeſt fe. ideficiẽs pp vicitatẽ cordis. adeſt
dolor pungitiuus pp pãniculoſitatem ⁊ ſenſibilitateʒ
membri: qui dolor aliquando ſentitur in principio:
aliquando vero non. niſi cum mouetur ad tuſſim. ſicut

dicit Ga. ī expōne cano. pleureſis ſup regie acutoꝝ.
Tertiū ſignū ē cōſtrictio hanelit⁹ ꝛ paruitas ꝯſtie ei⁹ ꝛ
hoc accidit pp coartationē factā ab epate. Quartū ſi-
gnū eſt pulſus ſerinus. cuius cā ē diuerſitas q̄ augmē
taƭ pp ſtatū egritudinis ꝛ debilitatē virtutis. Quintū
ſignū eſt tuſſis ī ꝑncipio: qn̄qꝫ ſicca: qn̄qꝫ nō: deīde cū
ſputo. Tuſſis qn̄qꝫ accidit q: pͥmo ledit̃ ex vicinitate
apātis. Et q: reſudat iā tūc reſoluit̃ qḋ collectū ē cum
ſputo. Et quia huiuſmodi apā aſſilatur apāti epatis ꝑ
hec ſigna. ꝑmo ponā differentiā in vtroqꝫ. deīde ſigna
vere ꝛ nō vere pleureſis aſſignabo. Naꝫ in apāte epis
pulſus appet vndoſus ꝛ nō ſ̄rinus: vt ī pleureſi. Itē ī
apāte ē dolor aggrauatiu⁹ ꝛ nō pūgitiu⁹ vt in pleureſi
ꝛ hoc rōe epis qḋ ē ꝑue ſenſibilitatis. Itē in hmōi apā
te ē tuſſis ſine ſputo ꝛ cū ſcreat adeſt ibi ꝯſtrictio hane
litus nō vehemēs valde: ſed qn̄qꝫ ē modus ordinatus
ex aſpiratione ꝛ inſpiratiōe. Itē nota ꝙ ē tāta vehemē
tia fe. quāta in pleureſi: adeſt citrinitas faciei in hmōi
apāte vrina groſſa valde: nigredo lingue: egō ſangui
nolenta: qn̄qꝫ ſimilis loture carnis pp debilitatē vir-
tutis. Differentias inter verā pleureſim ꝛ nō verā: hic
nota. Vere pleureſis q̄ fit in velamīe tegēte coſtas do-
lor huiuſmodi nō aſcendit ad oſſa pectoris ſꝫ plus aſcē
dit ad mamillas. Cū v̊o in diafragmate ē pleureſis do
lor aſcendit ad oſſa pectoris: ꝛ ſepi⁹ accidit ꝑmixtio rō
nis. Cū v̊o ē ī velaīe tegēte coſtas: tūc nunq̄ꝫ vel raro
accit ꝑmixtio rōnis. Et illa ſigna q̄ dixim⁹ nō ſunt tāte
fortitudis cū vehemētia ī pleureſi q̄ fit in velamine: ſic
qn̄ fit ī alijs locis Si v̊o fuerit pleureſis in pāniculo in
ter coſtas appet tumor ex̄. Itē ut plurimū cōuertit̃ ad
ſaniē: cū exit exterius ꝑ viā criſis: ꝛ interius ꝑ viā ſin-
thomatū. Itē ſi ſolū digito paꝝ tāgat̃ locus mirabilr̃
dolet: cū ſit apā in ſuꝑficie natū. Iteꝫ fe. ꝛ alia ſigna q̄
dixim⁹ lentiſſima ſunt. Qn̄qꝫ aūt uera ꝛ nō v̊a pleure-
ſis nō diſtinguit̃ penes mēbrū ſꝫ penes materiā: ꝛ tūc
dr̃ vera qn̄ ē ex colr̃a vel ſan. colerico. Nō vera qn̄ eſt
ex flr̃ate ul' mr̃ia. Signa uere pleureſis ex ſanguīe ſunt
vrina a medio īferius ru. ſeu ſubru. ꝛ ſpiſſa ꝛ ſuꝑi⁹ cū
appoſitione manus liuet ꝛ obūbrata vr̃. tuſſis modica
ſputū ſanguineū vel ſubſanguineū in eſcreādo emittit̃
multū: oris dulcedo dolor ꝯtinu⁹: ſitis modica venaꝝ
plenitudo: pulſus velox ꝛ plenus: dieta ca. ꝛ hūida ꝑce
dēs: etas: tp̄s ꝛ regio ī hoc ꝯueniētia magis certificāt.
Signa vere pleureſis q̄ fit ex colr̃a vel ſan. colerico ſūt
fortiora q̄ꝫ ꝑdicta: q: adeſt idē dolor lateris pūgitiuus
pp pāniculoſitatē ꝛ ſenſibilitatē mēbri: ꝛ ē q: colera eſt
humor valde pūgitiu⁹ ꝛ mordicatiuus: q dolor aliqn̄
ab ipſo ꝑncipio ſentit̃. aliqn̄ nō. niſi cū mouet̃ ad tuſ-
ſim. adeſt ſtrictura hanelit⁹ ſputū citrinū ꝛ tenue: ꝛ an
guſtioſe attrahunt hanelitū: adeſt ſitis fe. indeficiens:
oris amaritudo pulſus velox ꝛ acutus: vrina citrina ꝛ
tenuis mediocrit̃ pp co. q̄ hꝫ attenuare. dieta ꝑcedēs
ca. ꝛ ſicca etas regio ꝛ tp̄s āni in hoc ꝯueniētia magis
certificāt. Si v̊o de flegmate fuerit pleureſis nō vera
dr̃ cuius ſigna ſunt hec: adeſt dolor aggrauatiu⁹ ꝛ nō
ita vehemēs ſicut in ꝑdictis: neqꝫ ita pūgitiuus: oris
inſipiditas: fe. remiſſior q̄ꝫ in predictis: ſputū ſubalbi-
dū: pulſus tardus ꝛ plenus: vrina in principio pallida
ad ſpiſſitudinē tendens ꝛ circa ſtatū ſubruffa ꝛ in ſuꝑ-
ficie liuida. Signa vero eius pleureſis q̄ fit ex melr̃ia: q̄
nō vera dr̃ ſeu melr̃ico ſanguīe facta ſunt hec: dolor la
teris ponderoſus. ſputum tendens ad plumbeitatem
ꝛ nigredineꝫ: vrina eſt ſubcinericia vel ſubnigra ad ci
trinitatē tendēs: ꝛ ſuperius liuida: ꝛ fe. adeſt lenta. Itē
nota ꝙ ſi pleureticus paꝝ tuſſiendo multū ꝛ leuiter ex
creat: bonū ſignū ꝛ ſalubre eſt. ſi vero non: malum. ꝛ ſi
a principio vſqꝫ ad. vi. vel. vij. dies ſputum ſanguine-
um vel putridum apparuerit virtute exiſtēte forti bo-
num ſignum ꝛ ſalubre eſt. Si circa ſtatum ꝛ in fine iaꝫ
virtute debili exiſtente peſſimum ꝛ malum ſignum eſt.
Itē ſi vrina clara ꝛ non liuida apparuerit malū ſignuꝫ
eſt. Si itaqꝫ pleureſis fuerit ex ſan. vel colera. Curet̃
hoc mō. ꝑmo fiat calefactoriū ex vitreo vaſe: vel ereo
ꝛ veſica porci plena aqua calida īuoluta in pāno lineo
vel ex ſpongia marina in aqua calida. Nam calefacto-
rio tali incepto cum ſit ſignum ſi corpus eſt repletuꝫ:
curatur ſi materia eſt modica ī minera. Quod ſi cor
pus ſit repletuꝫ: ꝛ materia ſit colerica ſiue ſanguinea.
ꝛ etiam ſi paruꝫ fuerit flegmatica vel melancolica: vir
tus etaſqꝫ permiſerint: fiat flebotomia de baſilica quo
uſqꝫ ſanguis in contrarium colorem mutetur vt ſalue
tur dictum ipo. dicentis in regimine acutorum. Et ſi
materia eſt in fluxu fiat ipſa minutio per partem oppo
ſitaꝫ ꝛ materia fuerit multa ꝛ virtus fortis vſqꝫ ad de
fectionem ducas. Et ſpecialiter quando dolor de-
ſcenderit vſqꝫ ad furculā. conſiderando ſemper ſi ſuf-
ficiat egrotans: ꝛ ſi fortis fuerit in virtute. poſtea iun
gatur locus ex butyro ꝛ emplaſtretur. ꝛ deſuper mal.
biſmal. branca vrſina ꝛ huiuſmodi ſimul cocta ꝛ viol.
cantabrum in aqua decoctum ꝛ emplaſtratum vel ſe.
mal. biſmal. lini ꝛ fenugreci terantur inſimul ꝛ coquā-
tur in aqua: ꝛ cum earum viſcoſitate miſce butyrum
ꝛ oleum viol. ꝛ ex vnguento inungatur locus: quia mi
rabiliter maturat ꝛ reprimit dolorem. Iteꝫ emplaſtrū
factum ex floribus camo. ꝛ farina ordei cum oleo ro. ī
principio aut in proceſſu cum mal. ꝛ butyro decoc. ſu
perpoſitum multum valet. Item nota ꝙ nihil actu fri
gidum. nec aliqḋ repercuſſiuum dꝫ ſuperponi: ſꝫ cale-
factoria vnguenta ꝛ emplr̃a ꝑdicta. Itē det̃ ſirup⁹ iuiu
binus ad hoc vtilis. q. ℞. iuiubas. l. ſebeſten ḡna. xxv.
ordei mundi pugilum. i. ſeminum cōium draganti ſe.
mal. ſuci liquiritie gūmi arabici ſe. portu. ſe. bōbacis:
pſilij: papaueris al. ana. ʒ. ij. ca. ve. ℔. i. ꝛ in yeme: ſpe
cialiter ſi fuerit pleureſis nō vera ex flr̃ate vel melanco
lia appone in predicto ſirupo iſopi. ℔. i. zucari. q. s. ḋ
tur cum aqua ordei mundi in qua zucarum cū penid.
mixtuꝫ fuerit. Quod ſi multitudo humor̃ fuerit in
cauſa: euacuet̃ cū leui farmaco poſt dies. vij. tutior tn̄
via ē euacuare ī ꝑncipio ꝑ flebotomiā vſqꝫ ad ſincopi
ſi ſufficiat egrotās: q: quoſdā credim⁹ multū purgare
ꝛ parū purgam⁹ ꝛ ecōuerſo. ꝛ hec pluries accidit mu-
lierib⁹ ꝛ ſpāliter in qbuſdā monachabus de ordine ci-
ſterciēſi. dedi. ii. cuidā mōace vice quadā pillr̃as. xxxi ʒ.
cochias bene acutas cū ſcamonea: ꝛ non aſſellauit niſi
bis ex eis. ꝛ cuidā alteri dedi. vij. pillr̃as de ſupradictis
ꝛ aſſellauit. xx. In. x. igit̃ vel. xii. purget̃ pleuretic⁹ cū ḋ
coc. purgāte colerā ꝛ ſanguinē mūdificāte poſita ſuꝑ
ī principio huius libri ī ca. de dolore capitis ex ſangui
ne vel colera facto. Et anteq̄ꝫ det̃ decoc. ꝑparet̃ ma-
teria cū ſirupo iuiubīo ſupraſcripto ꝛ cliſterizet̃ egro
tans ſi fuerit nimis ꝯſtipatus aliquo lenitīo cliſteri vl̃
aliqḋ ſuppoſitoriū ſibi īmittatur Eoꝝ dieta ſit ptiſana
ordei cū lacte amigḋ paꝝ furfuris collatū pruna ſicca
ꝛ elixa hmōi dētur. bibant aquā decoc. ſe. cōiū tritorū

ptiſanā collataꝫ ꝛ ſirupus ēt acetoſus cū predictis pti ſana ſeu aqua dragāti detur. Quod ſi de flegmate ꝛ melancolico ſanguine ī autūno uel in uere uel in ieme fuerit pleureſis: ignis de lignis ſiccis uel de prunis ante infirmum fiat. Item oximel factum tantum de ſapa ꝛ melle detur: uel ſirupus iuiubinus cuꝫ melle addito iſopo. milium calefactum in teſta vel ſartagine cuꝫ ſale in ſacculo ſupra locum apponatur. poſtea vero radices lilij parum trite cum farina ordei coquantur: ꝛ ſupra petiā extendantur: ꝛ loco dolenti applicentur. Itē ſe. mal. lini fenugreci in aqua decocta ideꝫ operantur. Item ficus ſicce in aqua decocte: ꝛ ſuperpoſite poſt diem ſeptimum apā ipſum rumpunt. Idē facit cātabruꝫ cū vino ꝛ oleo diſtēperatū. Itē cliſteria ꝛ ſuppoſitoria fiāt ꝯuenientia ſi fuerit oportunū. In octauo vel. x. vel xij. die purgeꝛ humor cum pillulis ex aſſa fe. ſiſileos: ꝛ maratro in ca. ꝺ dolore capitis ex ſtate facto dictis. vꝛ cū decoc. ibi ſcripta. Qꝺ ſi in ſene fuerit hec paſ. qꝺ raro accidit. Nā vt dictū ē ſupra hec paſ. plurimuꝫ fit de materia calida ꝛ in iuuenibus. Senes vero pp flegmatis abundantiam ꝛ friam complexionē eorum pipl'oic mortis vitio ꝯdēnantur cui ꝯſonat illud dictū: Ipo. plures ex his q grādes ſunt pipl'mōica collectione depeunt. Alij vero alijs collectionibus magis. Cuꝫ igiꝛ in ſene fuerit hoc apā iam dictū: tunc inungaꝛ locus ſepe ꝛ ſepius ex dialtea mixta cū butyro ꝛ pelli leporia calefacta ad ignē deſup ponaꝛ. pa. ſtet iuxta ignē de lignis ſiccis vel ꝺ carbonibus. Itē mal. biſmal. brāca vr. paritaria: flores camo. ſe. lini. ꝛ fenugreci cū aſógia porcina veteri fortiter teranꝛ ꝛ cuꝫ butyro oleo ꝛ vino inſimul ſupra locū apātis pp maturationē ꝛ eruptionē ipſius apātis ſepe ꝛ ſepius apponanꝛ. Sirupꝰ ēt iſte deꝛ ℞. iſopi praſij: liquiꝛ. paſſularū ſine nucleis añ. ʒ. i. ficus ſiccas. xl. draganti. ʒ. ſ. pineaꝝ cū raſina. ʒ. ij. radicū apij ꝛ feniculi añ. ʒ. i. ſ. ordei mūdi pugillū. i. ꝯfice cū melle diſpumato. detur quottidie cuꝫ ptiſana ca. ꝛ ſpecialiter circa eruptionē apātis. frumentum coctum vel coquinatū cum lacte amigꝺ. deꝛ ēt diapenidion diairis diadragantum. lac amigꝺ. ꝛ ptiſana cocta. amidū pinee ꝛ circa finē ius galine cuꝫ ordeo decocte cū mica panis deꝛ. aquā bibant in qua draganthuꝫ praſſium ficus ſicce ꝛ ordeum mundum cocta fuerint cuꝫ zucaro vel cū penidijs. vel cum ſirupo ſupraſcripto.

Capitulum ſextum de peripleumonia.

Tractato de pleureſi: de peripleumonia videamꝰ. Eſt ergo peripleumonia apā qꝺ fit de materia colerica. Et dꝛ a peri qꝺ ē circū ꝛ pulmon pulmo quaſi apā circa pulmonē. Peripleumonia alia vera. alia non. Uera eſt illa: que fit de flegmate. non vera eſt illa que fit de alio humore. Et fit maxime hec paſ. in vere ꝛ in fine yemis: cuiꝰ ſigna ſūt hec. fe. ꝯtinua rubor faciei: ꝛ maxime ſiniſtre maxille: dolor mamille ſiniſtre vel ſpatule ſiniſtre. Fe. ī die modica: in nocte vero fortis ꝛ magis ſuccenſa: difficultas hanelitus cū tuſſi. vrina ruffa vel ſubruffa: vel charops ꝛ p totū ſpiſſa a media regiōe ſuperius diſtincte liuens cū quadā ſpuma ꝯtinua. ꝛ lucida. ꝛ qñqꝫ ſputum ſubſanguineū rubeū vel ſanioſum in principio eiiciunt qꝺ eſt optimum. ſi vero nō malum. Itē ſi a pmo die vſqꝫ ad tertiū fluxus ventris ſuperuenerit bonū: ſed circa finem ꝛ ſtatum peſſimum. Item eius ſputuꝫ proiectum ſupra carbones ardentes fetet. Item nota qꝺ ſi peripleumonicus deſideret vinum cuꝫ aſperitate ꝛ nigredine lingue: peſſimum ſignum eſt ꝛ mortale. Et etiam qꝛ hec paſ. maxime fit in ſenibus: ꝛ etate prouectis iuxta illud ipo. plures ex his qui grandes ſunt peripleumonica collectione depereunt. Primo igitur ī hac egritudine ſi corpus fuerit pletoricum: fiat minutio de vena pul. cuius ſitus eſt iuxta grabatū vel de vena cardiaca vel baſilica. Et ignis ꝺ lignis ſiccis ſine fumo: vel carbonibus ardentibus coraꝫ pa. fiat vt aer artificialiter fit calidꝰ. ꝛ deꝛ poſtmodū quolibet die mane ꝛ ſero de iſto ſirupo cū aqua decoc. ordei mūdi dragāti ꝛ amidi. ℞. yſopi eupatorij praſij marubij al. añ. ʒ. ſ. liquiꝛ. munde. ʒ. i. ſ. ordei mundi pugillum. i. ſebeſten. xx. amiꝺ. ʒ. ij. dragāti. ʒ. i. mell' lbꝛ. i. zucari lbꝛ. ſ. deꝛ ēt ptiſana collata cū zucaro ꝛ penidijs. Sirupus etiam iuiubinus in predicto ca. notatus datus optimꝰ eſt. collatura furfuris coquinata cum amido ꝛ dragante detur. Item detur de iſto medicamine ad quantitatem caſtanee. quod valet ad omnem tuſſim frigidam: qꝺ ℞. ſuci liqꝛ. ʒ. i. ſiſami. ʒ. ſ. ſe. lini torrefacti. ʒ. quartā gūmi ara. ꝛ dragāti añ. ʒ. i. tertiā. ꝯfice cum melle diſpumato. Inungaꝛ pectꝰ cū butyro ꝛ dialtea. Itē emplꝛeꝛ poſtmodū cū mal. biſmal. brāca vr. ſil' mixtis ꝛ ſepe ꝛ ſepiꝰ inoua. Itē ſe. lini ꝛ fenugreci trita ꝛ calefcā ꝛ ipoſita vel cataplaſmata valet. Aliud ad idē ℞. radicis ſambuci trite: ſeu corticū fabaꝝ. ad idē ſe. lini cum fenugreco decoctum uel cantabrum in uino uel aqua decocta ꝛ cataplaſmata ualēt. Et oīa q dcā ſunt ī capi. ꝺ pleureſi ī hac paſ. ꝯferūt. excepto ſirupo acetoſo: q ī hac paſſ. nō cōpetit. Empl'm optimū. qꝺ ſi ſupra pectꝰ apponaꝛ mirōmō ꝯfert huic egritudini. ℞. ſuci naſturcij lbꝛ. ſ. aſongie porcine liquefacte. ʒ. ij. mellis diſpumati lbꝛ. i. flor camo. ʒ. i. ſe. lini torrefacti. ʒ. ſ. ſe. fenugreci torrefacti. ʒ. ij. oīa teranꝛ optime ꝛ inſimul ꝯfice. ꝛ emplaſtrū ex his oībus factū tepidū pectori appliceꝛ qm̄ ē mirabile. Et ſi cōſtipatus fuerit uenter fiat ei aliqꝺ leue ſuppoſitoriū: uel cliſtere lenitiuū ſeu mollificatiuū. teneat pillulas ſub lingua ꝛ paulatim eas trāſgluttiat: quas in capi. de tuſſi poſui. Dragantū ſe. cidoniorum ſucus liquiꝛ. ꝛ ſe. cōia in aqua decocta cum zucaro ꝛ penidijs quandoqꝫ ſumat.

Capitulum ſeptimum de ptiſi.

Poſt tractatuꝫ de peripleumonia: de ptiſi uideamus. Ptiſis quidē eſt conſumptio ſpiritualis humiditatis corporis ex ulcere pulmonis proueniens. Fit igitur ptiſis diuerſis modis. Quandoqꝫ eni fit ex humo. frigido uel ca. a capite diſtillante: qui diu repercutiens pulmoneꝫ cauat ipſum ꝛ facit ibi ulcus. ad lapidis ſimilitudinem iuxta illud. Et durum lapidem gutta cadendo cauat. Fit etiam ex nimia ſiccitate arefaciente ꝛ deſiccante ipſam pulmonis ſubſtantiam: qua pulmonis ſubſtantia arefacta ꝛ deſiccata de facili rumpitur. Fit etiaꝫ ex ſaltu clamore pondere uel percuſſione ꝛ ſimilibus. rumpitur eni tunc aliqua uena in ipſo pulmone ꝛ tūc ſanguis cum exit extra uenas ꝛ locum non habeat propriū uertitur in ſaniem: ꝛ ſanies inficit ꝛ ulcerat pulmonē. unde. Ipo. ī anforiſmis. Et ſanguis ſputo ptiſis ꝛ mors. Signa igiꝛ ptiſis ſunt hec calor continuꝰ ſm magis ꝛ minꝰ in uol' manuū: acutior ſitis cum aſpitate lingue: colli gracilitas: ꝯſtipatio uētris: totius corporis macilentia: unguiū ꝛ extremitatuꝫ conſumptio: ꝛ grauitas

oculorũ. Et ſamiliare ſignũ ad hoc ẽ dolor ſiniſtre ſpa
tule uſq; ad humerũ. poteſ etiã ptiſicũ hoc ſigno co-
gnoſcere. Fac ipſũ ore apto fortiter anelare: ⁊ ſi flatus
eiꝰ fetet ſcias ipſuz eſſe ptiſicũ niſi hoc fuerit a natura
aut ꝓpter alias cauſas ĩ capitulo de fetore oris dictas.
Et quod certiꝰ ſignum eſt fac quod dicit Ypo. ĩ anſo.
videlicet. fac ptiſicuz ſuꝑ accẽſos carbões expuere: ⁊ ſi
odor ille qui cũ ſputo reſoluitur fetet ꝓnũcia ipſuz eſ
ſe ptiſicũ maxime ſi ſigna ſupradicta uel aliqua eoruz
cum hoc cõcordãt. Itẽ nota ꝙ quãdo ptiſis fuerit cõ
firmata vix aut nũq̃ curatur. q: ſanguinis ſputo ſaniei
ſputum ĩ ſanie ſputo ptiſis ⁊c. ſicut dicit Ypo. Et tũc
diſtigue quia aut ptiſis ſuꝑuenit iuuenibus aut adole
ſcẽtibꝰ ante. xl. annum: ⁊ hec vltra annuz portare non
põt: quoniã infra ãnũ interficiet: aut ſanatur pa. in ter
mino anni. aut ſuꝑuenit ſenibꝰ et vltra ãnuz. xl. ⁊ in eta
te prouectis: ⁊ hec nõ ita cito interficit ſi beneficio me
dicine iuuetur. tamen ſemꝑ eſt mortalis ĩ quacũq; eta-
te proueniat ſi vſq; ad cõfirmationẽ ꝑuenerit. Et hec ẽ
ratio q: ſi pulmo fuerit ulceratꝰ ipſa vlceratio nõ poteſt
cõſolidari. p̱rio q: pulmo eſt ordinatus ĩ modũ flabel
li ⁊ aerẽ attrahit: ⁊ cor quotidie refrigerat. unde ſi cor nõ
reciperet tale refrigeriũ mediante coopatiõe pulmõis:
tãta eſſet caliditas cordis: ꝙ ſubito ſuffocaretur homo.
Cũ ergo ipſe pulmo vlceratꝰ fuerit cũ ſemꝑ ſit in conti-
nuo motu nullã recipit medicinã: quã retinere poſſit:
qua ulcus ſuuz cõſolidare poſſit. In vlcere. n. requiri
tur quies: ad hoc ꝙ cõſolidetur. Prio ſupponamꝰ ꝙ ali
qua medicina ſibi ꝑ os mittatur: prius tranſit ꝑ tot vias
anteq̃ ad ipſuz pulmonẽ ꝑueniat ꝙ ſuã amittit virtu-
tẽ. ⁊ ideo vlcus pulmonis quũ cõfirmatũ fuerit: ⁊ ĩ pti
ſim cõuerſuz conſolidationẽ nõ recipiet. Item nota ꝙ
fluxus ventris uel caſus capilloruz ptiſicis ſuꝑueniẽs
ſignũ proximuz morti eſt future ſecundũ Ypo. ĩ anſo.
Prio ergo in via curationis huius egritudinis. nota
ꝙ nulla minutio ſan. ſeu purgatio ꝑ medicinam aliquaz
competit in ptiſi nec in ethica: ut ibi dictuz eſt. Et ma
xime coitus Et nimium ieiuniũ in dictis egritudinibꝰ
ſunt nociua. ⁊ cibaria deſiccantia ⁊ conſumptiua aut
nimium ſalſa. Curetur igitur ptiſicus ſic. ſi cõfirmatꝰ fue
rit in ptiſi: accipimus ipſuz tanquã mortuũ in cura ⁊ ꝓ
cedimus in hunc moduz. Si ex catarro ptiſis proceſſit
qḋ ꝑ ſigna precedentia maniſeſte dignoſcitur: ⁊ per re
laxationem ⁊ titilationem pallati per mucilaginũ ⁊ ſpu
torũ abũdantiã ꝑ lacrymarũ effuſionẽ ⁊ ſimilia. Pri-
mo cũ ex his cauſis proceſſit ptiſis: intercipiamꝰ reu-
ma cum pill. de cinogloſa ſuperius in capi. de catarro
dictis: ⁊ in ca. de tuſſi: uel cum aliquibꝰ alijs pillul. reu-
ma reſtringẽtibus ĩ predictis capitulis dictis. Et iterũ
aliqua dicam hic. Non. n. credo in vitium nugationis
incidere ſi utilia ſepius ⁊ ſepe repetam. Pillule ergo
ex croco mira. thure opio ana. diſtemperatis cũ al. oui:
in modum horobi facte ſi. v. uel. vij. ex eis ſumantur:
uel vna poſt aliaz ſub lingua teneatur: ⁊ tranſglutiatur
miromodo valent. uel cum vadit dormitũ ſi tranſgluti
at tria grana olibani miromõ reuma reſtrigũt. Pillu-
le ẽt facte ex gũmi ara. ⁊ amido in trociſ. cum ptiſana
ordei ſpiſſa cõfice: ⁊ in modũ cicerũ informẽtur. ⁊ ſub
lingua teneãtur donec diſſoluantur: et fumus ab eis re-
ſolutus petat cerebrũ poſtea trãſglutiantur. Detur eti
am ſibi de iſto ſirupo. ℞. praſij yſopi ana. M. i. iuiube
ſebeſten quĩquaginta. mell. lib. ii. Et detur ſibi de iſto

electuario ℞. roſ. ʒ. ß. gũi ara. draganti farine fabarum
ana. ʒ. quartam. ſuci liquiritie. ʒ. ij. amigḋ. ⁊ pinearum
mũḋ. ana lib. ß. zucari lib. ij. Dentur etiam ſibi aque
facientes ſcreare ſi ipſe ſcreare non poſſit ſicut ẽ aqua
yſopi cum melle: uel aqua ficuũ ſiccarũ ariſto. ro. yre-
os cum zucaro roſa. mixta ⁊ ſilia: que in capitulo de
ſcreatione ſaniei ſeu empimate dicta ſunt: ſi oportu
num fuerit exhibeantur. Et ſi conſtipatus fuerit ven-
ter eius non curo multum: quia vt dixi ſuperius ethi-
cus et ptiſicus cum ad ſolutionem ventris deuene-
rit: cito moritur. tamen ſi per plures dies ſteterit ꝙ
non aſſelauerit: prouocetur aſſelatio cuz aliquo ſuppo
ſitorio leni ex lardo: uel aliquo cliſteri leuiſſimo. Et ſi ad
ſolutionem deuenerit ſtatim cuz reſtrictis ſuccurrere
debemus exhibendo trociſcos ſyrupos electuaria et
huiuſmodi reſtrictiua: que ĩ capitulo de lienteria ⁊ di-
ſinteria dicta ſunt. Item mittantur ptiſici in bal. qḋ
in capitulo de ethica dixi. ⁊ iungantur ex unguento qḋ
ĩ ipſo capitulo ſcriptũ ẽ: ⁊ vtantur eadẽ dieta ⁊ eiſdẽ elec
tuarijs ut ethici. Lac ẽt caprinum vel aſininũ: ĩ q̃ calibs
uel lapis ignitꝰ ſit extinctꝰ detur. Et cibaria in ipſo lacte ꝓ-
parata exhibeantur. ⁊ hoc dico fe. ⁊ dolore capitis nõ exi
ſtentibus ut ſaluetur anſo. Ypo. Lac dare caput ⁊c.

Capi. viij. de apãte epatis ⁊ ſplenis.

Ccidit quãdoq; ꝙ epar apãtur quod ſit qñ
q; ex ca. hu. quãdoq; ex frigido. quandoq;
a ip̃z apã naſcitur ĩ gilbo epatis: quãdoq; ĩ ſima
Calidꝰ hũor ꝑ hec ſigna diſcernitur eſſe ĩ cau
ſa. adeſt dolor dextri ypocũdrij acutus ⁊ pungitiuus.
Fe. cõtinua ſitis oculi crocei uel rubei. ⁊ quãdoq; to-
tũ corpus ĩficitur ĩ colore crocco uel rubeo. ⁊ multoti-
ens terĩatur hoc apã ĩ acuta uel peracuta fe. in die. vii. ꝑ
fluxuz ſanguis nariũ. Vrĩa appꝫ rubea ſubrubea ſeu
rubicũda: uel ſubrubicuuda: uel inops ſpiſſa. ⁊ quãdo
q; crocea cuz quadã tĩctura ĩ ſuꝑficie liueſcit: ⁊ obſcu
ra in eius ſuperficie appꝫ. Frigidus uero hũor ꝑ hec
ſigna cognoſcitur eẽ ĩ cã. adeſt fe. magis lenta: ſitis autẽ
nulla aut modica: dolor aggrauatiuꝰ ſub ypocũdrio dex
tro. Vrina diſcolorata ⁊ turbulẽta: ſuperiꝰ liuida: ocu
lorũ liuiditas: ⁊ corporis figura palida ẽ. Si huiuſmõi
apã fuerit ĩ ſima epatis grauitas ſiue dolor ſentitur in
profundo: adeſt ſingultus ⁊ vomitus ex compreſſione
ſtomaci: ⁊ appõne manus non irritatur dolor. Si ve-
ro huiuſmõi apã fuerit in gilbo epatis ſeq̇tur difficul-
tas hanelandi: tuſſis ex compreſſione ſpũaliũ. vix etiaz
patitur pa. ꝙ manꝰ ĩ loco illo apponatur. tumor etiaz appa
ret ĩ dextro ypocundrio in modum lune nouelle uel ſe
micirculi patiẽte iacẽte ſupino ⁊ extenſo. Et nota ꝙ ali
quãdo ſit apã ſub diafragmate in lõgũ ⁊ tranſuerſum
extenſum: ⁊ videtur apã epatis qḋ non ſit. Etpropter
hoc ſcias ꝙ apã lacertorum formam habet mõ in lon-
guz modo in tranſuerſuz ſecundũ formaz ⁊ poſitionez
ipſius lacerti. Apã uero epatis formam habet ſemicir
culi. Apã igitur caliduz epatis in hunc modũ curetur: ſi
virtꝰ ⁊ etas ꝑmiſerit. Prio minuatur ḋ media vena ḋxtri
brachij deinde ab ipſo pricipio detur ſirupꝰ ḋ ſeminibꝰ
cũ aqua ipſorũ ſeiuz: ⁊ inũgatur locꝰ ex oleo ro. uel viol.
⁊ malua ĩ aqua cocta cum ſe. lini: ⁊ feuugreci ⁊ frõdi
bus iuſquiami ⁊ maluauiſci apponatur: ⁊ huiuſmodi
q̃ diximꝰ in ca. de pleureſi. Et ſi conſtipatus fuerit fiat
cliſtere ſupra in precedẽtibꝰ ſcriptuz. Et primo fiat le
nitiuũ. deĩde mundificatiuũ tãtum. Quod ſi poſt di

es.vij.apã ñ rũpetur.dtur d trociſcis ſupius ſcriptis in capitulo de dolore capitis ex ſanguine ſeu colera ſacto.deƒ ẽt ſirupus diaquilõ ſupius ſcript⁹ qui v3 poſt rupturã apãtis: ⁊ detur lac ſe.coium in potu. Quod ſi frigidus humor in cauſa fuerit non fiat minutio niſi corpus fuerit ualde repletũ ⁊ plectoricũ: quib⁹ conditiõibus exiſtẽtib⁹ fiat minutio de predicta vena ad hoc ꝙ facta minutiõe natura ſupra reſiduũ confortet. dei d radices altee fenugreci.ſe.lini trite ⁊ fic⁹ ſicce i aqua oĩa decoquantur ⁊ ſupra cataplaſmẽtur. Aliud ad idẽ. radix affodilorũ vue paſſe ficus ſicce i vino uel lixiuio ⁊ olo cocta ⁊ deſup poſita miromõ maturat. Ite3 frumẽtum cũ olo cõfectum: uel ruta cocta in vino ⁊ oleo ⁊ huiuſmodi que dicta ſunt in precedentib⁹ caplis de apãtib⁹ itrinſecis fiant. Rupto apãte qd cognoſcitur qr ſanies p vrinã uel ſeceſſu3 emittit mũdificetur loc⁹ a ſanie: qr cũ ſubſtantia epatis ſit tenera valde cito rũpitur niſi mundificet ab eo ſanies. Epar.n.ut ait Gal. nõ eſt niſi ſanguis coagulatus. Si fri.humor p vrina3 purgetur: iuuetur natura: ⁊ dentur prouocãtia vrinã que i capitulo d ſtrãguria dicta ſunt. deƒ decoc.ſe.apij ⁊ fen. que in pdicto capitulo dicta ſũt. Si uero ca. materia p vrinã purgetur deƒ dcoc.ſe.coiu3 cu3 ſuco ſcariole ⁊ huiuſmodi. Quod ſi hec materia p ſeceſſum purgetur et ſit fria detur decoc. thimi: epithimi: polij ſe.feni.agarici apii petro.bruſci: ſpargi: ſquinãti: aſſari ſpice ⁊ huiuſmodi: que in capi. de quartana vera dicã: que quãdoqꝫ cũ melle ro. poſt rupturã apoſtematis dẽtur. mũdificata ſanie empl̃m cõſolidatiuũ deſup apponatur de ſpica maſtice thur tritis ⁊ cu3 olo confectis. Ultima uero cura ẽ p inciſionẽ in iſtis apoſtematibus dãdo prius opiũ pa. poſt incidẽdo ⁊ materiã euacuando: que facit apã. deĩde ſuẽdo ⁊ cõſolidatiua ſupponẽdo. Apã vero ſplenis ex tũore ipſius ex punctura ſiniſtri lateris ⁊ ex fe. pſente cognoſcitur. Et nota ꝙ nũqꝫ põt eẽ apã i interiorib⁹ ut in diafragmate: in pleura: in epe: i ſplene: i ſtõaco ⁊ inteſtis. ⁊ in huiuſmõi iterioribus: qn ſemp ad hoc apã fe. cõitetur. ⁊ hoc ẽ ſignũ diſtictiuũ ad oĩa apãta i interiorib⁹ exiſtẽtia. Si vero fe. acuta ⁊ dolor acut⁹ ⁊ pungitiu⁹ fuerit in huiuſmõi apãtib⁹ ſignũ ẽ ꝙ ẽ materia ca. Si vero fe. lẽta ⁊ dolor põderoſus ⁊ aggrauatiu⁹: ſignũ ẽ ꝙ ex humor frido ſũt. Curetur ergo hoc apã ſplenis ut apã epatis ſecundu3 diuerſitatẽ hũoꝝ in cã exiſtẽtiũ ut ſupra dictũ ẽ. Eodẽ modo curet apã factũ in lacertis ſicut pdicta. Dieta eoꝝ ſit ptiſana amigd. cũ lactu. cocta: ſcariola: lactuca ⁊ hmõi aquã ſe.coiu3 bibãt ⁊ hmõi quſqꝫ fe. durauerit ⁊ apã fuerit mũdificatũ. cũ vo receſſerit: ⁊ apã quaſi mũdificatũ fuerit: pulos: edos ⁊ caſtratias carnes: merulas: turdos pdices: ⁊ hmõi comedere pñt. Uinũ liphatũ cũ aqua ſe.coiu3 bibãt. Fiãt ẽt remedia dicta i ca. d duritie ⁊ opillatiõe ſplenis cũ fuerit apã i epe ⁊ ſplene.

¶ Ca.ix. de apãte ſtomaci ⁊ inteſtinorum.

In cõcauitate ſtõaci quãdoqꝫ apã generat ⁊ tunc anteqꝫ cõfirmet illd apã ab ipſo pricipio aliqd d eo emittit p vomitũ: ex cibis aſſumptis grauedo ſentit i ſtõaco. Quãdoqꝫ ẽt i cõcauitate iteſtinorũ generat apã cui⁹ ſignũ manifeſte i principio ipſi⁹ apãtis ãte cõfirmationẽ ipſi⁹ ẽ: qñqꝫ aliqd de ipo emittit: qr p iteſtina tranſiẽs: dolor ⁊ grauedo ſentit in ipſis inteſtinis. quãdoqꝫ ipſu3 apã ẽ in ſupficie ſtomaci uel inteſtinorũ. ⁊ tumor ibi appet cu3 circũſcriptis ſignis: nec võitus: nec ſeceſſus aliqd hẽnt d materia ipſa admixta. Quãdoqꝫ aũt iter pelliculas colligit: ⁊ generat ibi apã qd ẽ difficille cognoſcer. Generat aũt huiuſmõi apã ex materieb⁹ ca. aut fri. Si ex ca. dolor ẽ acut⁹ ⁊ pũgitiu⁹ nimis ⁊ fe. cõtinua cũ ſiti ⁊ lingue aſpitate itenſiõe ⁊ ardore corpis: ipſi⁹ man⁹ ſuppoſita in loco ubi ẽ apã maximũ calorẽ ⁊ ardorem ibi ſentiet. ⁊ aliquando ſingultũ patiũt et fumoſa3 eructationẽ ⁊ vrina ẽt taliu3 appet ticta citrino color vl ſubcitrino mediocriter tenuis uel ſpiſſa. Qd ſi frigidi hu. i cã fuerint: adeſt dolor aggrauatius ⁊ nõ ita acut⁹ ſicut prior. fe. lenta ſitis modica acetoſa eructuatio: ſpũs ẽt ſit ſpiſſus ⁊ puus pp diafragma ſtomaco vicinãs. Urina palida ul' ſbpalida cũ ſba mediocriter ſpiſſa ul' mediocriter tenui. Et quãdoqꝫ aboiatiõem ⁊ anguſtiã pectoris ⁊ ſpatularũ et cubitorũ ſtrinctionẽ patiũtur: ⁊ alia mlta ſigna ad hoc familiaria appẽt. Fe. tamen ẽ in his oĩbus apãtibus in intriſecis exiſtẽtib⁹ ⁊ pp ter hoc capitulum de his apãtibus in tractatu pſenti iſerer volui. cũ ad ipa apãta vt dictũ ẽ ſemp cõcomitetur fe. Cura apãtis ex materia ca. Si igitur huiuſmõi apã ſtomaci ul' iteſtinorũ ex hu.ca. eſſe ppẽdet p ſigna pdicta. ¶ Primo fiat minutio in tribus uel quattuor dieb⁹: viribus ⁊ etate pmittẽtib⁹: de mediana vena ſtomaci. ¶ Poſtea vtant tali ſyrupo. ℞. ẽdiuie: apij: ſolatri: cibalarie vermicularis ana. ℳ.ſ. ordei mũdi.p.i. olĩ.ro.℥.ſ.zuca.lbr.i. cataplaſmet locus ex ro: ſandal. al. ⁊ ru. pul. ⁊ cũ aceto mixtis. uel ex ſuco corigiole: plãtaginis mercurialis: cibalarie: lactuce: ſcariole ⁊ huiuſmodi tritis ⁊ ſuperpoſitis miromõ v3. Cataplaſma optimũ contra apãta ca. ſtomaci inteſtinorũ ⁊ viſceru3 ⁊ puſtionẽ epatis ⁊ ſtomaci. pp hu.ca. ℞. farine ordei ℥.xx. ſand. al. ⁊ ru. ℥.x. vio. rad. mal ana ℥.vi. tẽpa cũ ſuco ſolatri ⁊ ſuppõe. Et ſi vis facere ex pdictis i modũ ceroti confice pdicta pul. cũ. oleo ro. ⁊ cera. Jnũge ſeu cum pecia lini cataplaſma. prius tamen purgabis hu. antequam cataplaſmata apponas cum decoc. viol. prunorum. ⁊ cetera dicta in ca de dolore capitis ex ſan. ul' colera facto: ſi expedierit fiant. poſtea des trociſ. de roſis albis qui multum cõpetũt in hac cauſa. ℞. caſſiefi. munde ro. karabe: maſti. apij ana ℥.iii. ſe mal. meliloti: pſilij. ſanda. al. ⁊ ru. ſpice ana ℥.ii. ſe. ẽdiuie ℥.i.ſ. liquiritie: apij: aneſi ℥.i. tempera cum ſuco ſolatri. ⁊ da ℥.i. cum aqua fria. Alij trociſci ad idem ⁊ ad dolorem fluxus humoris colici ad locum. ℞. ro. liquiritie añ ℥.iij. ſãdal. al. ⁊ ru. ana ℥.ii. berberis meliloti añ ℥.ii.ſ. ſe. cucu. ſpice macis karabe ana ℥.i. ſpodij mãne añ ℥.ii. croci ℥.i.ſ. Fac. trociſ põderis ℥.i. quorum vnum dabis cũ ſuco uendiuie. Quod ſi propter hoc materia nequeat repelli imo ad ſaniem tendat: qd cognoſcitur p grauedinem ſinthomatum ⁊ fe. incenſionem. iuxta illd Ypo. Circa generationem ſaniei ⁊ce. tunc maturatiua fortiora ⁊ potentiora ad maturandum loco apãtis ſuperponenda ſunt. Farine ordei cum aſongia porci recenti ⁊ ſuco mal. commixta addito vitello oui vl' fermẽtum ſolum cum vitello oui commixtum ſuperpoſitu3 miromodo maturat. Alid ad idẽ liquefac aſõgiã porci nã ⁊ additis floꝝ camo. ſe. lini ⁊ fenugreci pulue. ana. i corporentur ⁊ ſuperponantur. Aliud ad ide3 optimũ. ℞. farine ordei violarum. ana ℥.v. ſandalorum alborum et rubeoru3 ana ℥.vi. cãphore acatie cãtabri galie croci gũmi ara. ana ℥.ii. maſti. meliloti ſe. mal. ana ℥.

i.pulue.oīa ⁊ cū ſuco ſolatri ⁊ oleo ro.ꝯfice ⁊ uſui re-
ſer uef. Qđ ſi hec apāta ex materia fria eē dignoſcanf
fiat h apozia ⁊ def quotidie ī potu cū lacte ſe.coiuz uł
amigđ.℞.meliloti:radicis apij:ſquinā ti maratri ana.
ʒ.vi.radicis mal.liquir.ana.ʒ.v.reubarba.maſti.ani
ſi:maratri:ſpice ſanſuci:baſilici:cimi:apij: cardamo-
mi aū.ʒ.ii.ordei mūdi.p.i.paſſul.ſine nucleis.ʒ.x.oīa
coquanf ī .iiii.libris aque:quouſqꝫ ad vnā redeant ⁊
addita.lbꝛ.i.mellis fiat apozima de quo q̄tidie def.ʒ.
iii.cū amigđ.uel aqua decoc.liquir.⁊ paſſ.enucleataꝝ
ca.Rupto apāte quod cognoſcif ꝑ uōitū ſaniei:ſi ma
teria fuerit:ī ſtomaco:uel ꝑ ſeceſſum mundificantia ſi
materia fuerit ī iteſtis denf mūdificantia ſaniē: ſicut
ſunt ſirupꝰ factꝰ ex ptiſana ordeacea ⁊ ſuco ſcabioſe đ-
purato ana.factus cum melle diſpumato ī materia fri
gida:uel cū zuca.ī materia ca.⁊ iſte eſt ſpālis ad hoc.⁊
ſpālr quando daf cū eo ī qualꝫ doſi.ʒ.i.corali pulueri
zati ꝓbatū eſt addito pul.nitri ꝑ ſe uel cū ꝑdicto ſyru
po datꝰ multū mūdificāt. Qđ ſi materia ꝑ vrinā pur
getur.denf diuretica dcā ī tractatu ſtrāgurie. Et ne
locus ulceratus remaneat:dētur poſtmodū aliqua de
medicis cōſolidātibꝰ:quas dixi in capitulo de diſinte
ria. Qđ ſi propter hoc materia nō tēdat ad ſaniē:
uel repelli poſſit.cataplaſmata ⁊ vnctiōes fiāt ⁊ huiuſ
mōi iuuatiua.Fiat igitur cerotū ſibi iuuatiuū optimū
ad hoc:de quo inūgatur ſupra apātis locum ſiue ī ſto
maco ſiue in inteſtis fuerit mane meridie ⁊ ſero iuxta
ignē:quod ſic fit.℞.aloes maſticis aū.ʒ.ſ.floꝝ camo.
meliloti abſinthij ana.ʒ.i.ro.ʒ.ii.hec omnia in ſubtilē
pul.redigātur:⁊ cum oleo camo.⁊ cetera liquefacta fi
at cerotum ⁊ uſui ſeruetur.Cataplaſma vtile cōtra do
loꝛem ſtomaci propter frigidum apā.℞.mēte ſe.apij.
ana.ʒ.ſ.maſticis. aniſi ſpice.ana.ʒ.ii.ſ.dauci cimini li
gni al.xilobalſami.caſſie cardamomi ſquinanti ana.ʒ.
ii.ex decoctione predictorū ⁊ melle diſpumato fiat ſy
rupus:⁊ quotidie def in potu cū mulſa uel cum aqua
oꝛdei.⁊ predicta omnia que in fundovaſis decocta re
manſerint calida terantur ⁊ apoſtemati cataplaſmen-
tur.Cataplaſma valēs ad diſſoluēdū duritiē apātis ⁊
dura apāta ſtomaci ⁊ iteſtiorū.℞.meliloti ſquināti ca
mo.mal.bdelij ana.ʒ.iiii.abſinthij.ʒ.iii.mirre armoni
aci.ana.ʒ.ii.ficus ſiccas numero.x.oīa teranf vnum
quodqꝫ ꝑ ſe.⁊ coquanf ī vino excepto armoniaco ⁊
bdelio:⁊ mirra que vltio debēt apponi ⁊ liquefieri in
eis ⁊ fiat cataplaſma.Aliud cataplaſma ad idē ⁊ etiam
ad ſplenis duritiem.℞.armōiaci.ʒ.xx.bdelij.ʒ.x.aceti
acerrimi.ʒ.vi.hec oīa ſupra ignez diſſoluāf.deinde ad
de cer.ʒ.x.olei ſiſamini.ʒ.ii.ſ.croci thur.maſti caſto.
aū.ʒ.iii.oībꝰ pulueriʒatis his ⁊ deſuꝑ poſitis fiat cata
plaſma.Aliud ad idem ⁊ ad omnia ſupradicta.℞.alo
es maſti.bdelij armoniaci caſtoꝛ.thur.draganti mirr
ana.ʒ.ſ.ſepi vitulini ⁊ galinacei ana.ʒ.i.olei muſcelini
⁊ ſambucini ⁊ cere.q.s. Item fabe fracte in vino ⁊
oleo cocte ⁊ cataplaſmate ad omnia apoſtemata cito
maturanda mirabiliter operantur.Item cepe in vīo
⁊ oleo cuz pul.cocte mirabiliter valēt ad oīa apāta ma
turanda.Item radix mal.biſmal.bꝛance vr.⁊ lilij ī vīo
coquantur per optime:deinde teranf ⁊ addito pul.fe
nugreci ſe.lini ⁊ florum camo.fiat cataplaſma:⁊ loco
apātis apponaf: qa oīa apāta maturat mirabiliter: ⁊
omnem duritiem epatis uel ſplenis uel cuiuſcunqꝫ al
terius partis remolit.

¶ Capitulum.x.de freneſi.

Et quia de apātibus ī iterioꝛibus oꝛtis
e ſufficienter tractatū eſt : de apoſtemati-
bꝰ que fiūt ī toto coꝛꝑe vꝫ de freneſi ⁊
⁊ litargia tractabo.Eſt igif freneſis apā
quod naſcitur in frenibus.Sunt autē duo pāniculi q
appellantur frenes ad ſimilitudinem freni equi : quia
ſicut frenum diuidit ſuperiorem mollam equi ab infe
riori: ſic ⁊ iſti duo pāniculi diuidunt ipſum cerebꝛū a
craneo:⁊ ſic huiuſmodi apoſtema ſuſcepit đnomīatio
nem a loco ⁊ dicitur freneſis. Unde nota ꝙ quidam
moꝛbi recipiunt denominationem a loco vt freneſis
in qua frenes leduntur ut dictum eſt:podagra in qua
pedes leduntur:⁊ ciragra in qua manus leduntur ſu-
ſcipiunt denominationez a loco ⁊ce.Aliqua recipiunt
denominationē ab effectu: vt fe.dicitur a feruore.Et
ſic etiam freneſis ſumitur a loco vt dictum eſt ⁊ etiaꝫ
ab effectu quia dicitur a frene qđ eſt mens eo ꝙ ī hac
paſſ.maxime mens leditur.Et nota vt ait Ga.in libꝛo
de accñti ⁊ morbo.Freneſis eſt accidens moꝛbi quia
nunquaꝫ per ſe inducitur:ſꝫ ab altero moꝛbo inducif
uel ſuperuenit ei.Freneſis itaqꝫ ut plurimū ſuperue-
nit in iuuene colerico :⁊ eſtate pa.emitriteum mediū
uel tertianam continuam cauſonidem uel pleureſim:
Et huiuſmodi fe.acutas. San.n.cū ſit ca.⁊ humidꝰ
circa cor ⁊ epar ⁊ pectoꝛis cōcauitates cū putreſit ce-
rebrum quadam groſſā vētoſitate percutiens ibi apā
generat:quod poſſumꝰ videre per ſimilitudinē ignis
in camino.Nam fumus quotidie camiuum atingens
fuliginēibi generat. Freneſis aliqua vera:aliqua ñ
vera.Freneſis vera fit ex humore colerico vel ex fu-
moſitate cerebrū aſcendēte:⁊ ibi apā generāte.Cū ita
qꝫ ibi apā generatur in ipſis pāniculis cerebꝛi qđ fre-
neſis dicif cerebꝛū ipſū in quo ſenſus fundatur graua
tur:⁊ ideo ſenſu ⁊ rōne priuaf īfirmus.vnde ſeqf mē
tis alienatio:vigiliarū inſtātia ꝓpter humoꝛis feruoꝛē
fe.indeficiens:mētis inſania:oculorū mobilitas pꝛe-
ter ſolitum: ſtridoꝛ dētiuꝫ.eger ducit manus hīcinde
tāquam aliquid de pariete euulſurus uel aliq̄d poſitu
rus.Aliquando ſurgit eger furioſus de lecto volens
aſtantes percutere:uel volēs ſe de feneſtra iactare:
uel capere arma. quandoqꝫ cantat :quandoqꝫ plorat
qñqꝫ videf ſibi ꝙ hoſtes armati inſidiātur ei: aliena ⁊
fatua loquif.vrina diſcolorata ⁊ tenuis que oīa ſunt ſi
gna vere freneſis.In nō vera freneſi eadez ſunt ſigna
excepto ꝙ vrina nō adeo eſt diſcolorata nec adeo tenu
is nec adſunt accīa ita fortia nec ſunt ita cōtinua:ſicut
in uera freneſi.Pōt ſiq̄dem peritus medicus ꝑ vri-
nā futurā freneſim cognoſcere:vt vrina in hmōi fe. q-
bus ſuperuenit freneſis:ſubito de die in diem mutaf.
verbigratia: ſi hodie vrina in fe. cauſone ſiue tertia-
na dupl̄ci: uel mediano emitritco ⁊ ſilibus nigra appa
ret.cras vō ſubito ⁊ ſine aliqua manifeſta cā mutatus
eſt color ipſius vrine in ſubcitrinū ⁊ palidū colorē.tūc
enim ſignū eſt ꝙ materia rapif ad cerebrum ⁊ fit frene
ſis.⁊ tūc medicus cautus ⁊ ingenioſus ſit intentus ad
curandū eā ante q̄ꝫ cōfirmef.qꝛ poſtq̄ꝫ cōfirmata fue-
rit incurabilis eſt.⁊ tunc ſolis pronoſticis relinquen-
dus eſt eger.Non enim nouit medicus mortuos ſuſci
tare.Si igif freneſis nondū cōfirmata fuerit curabif
hoc modo vꝫ ut ꝑticularibus curationibus ſpāliter in
tendamus.In hac enim egritudine oꝫ multum ꝑticu-

